

cum qua pramissa sponsalia inivit. Dignetur, &c. *ut supra.*

FORMA DISPENSATIONIS
S. POENITENTIARIE.

160 **N** N. S. Romanæ Ecclesiæ Præbyter Card. Discreto viro Confessori, Magistro in Theologia, vel Decretorum Doctore, ex approbato ab Ordinario, per Latorem præsentium ab infra scripto specialiter eligendo, salutem in Domino.

Ex parte Latoris presentium Nobis oblata petitio continebat, quod ipse alias in facie Ecclesiæ matrimonium contraxit, & successive consummavit cum muliere, cujus fororem prius carnaliter cognoverat. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, dictus Lator propter impedimentum ex pramissa proveniens, nequeat in dicto matrimonio remanere abique Sedis Apostolicæ dispensatione, & separatim inter ipsum & dictam mulierem fieri non potest absolutione, quare curat Lator à pramissa, que occulta sunt, & de quibus plurimum dolet, per Sacræ Penitentiarie officium absolvi, secumque desuper dispensari. Quare supplicari Nobis fecit humiliter, ut sibi super his de opportuno remedio providere dignaremur. Nos igitur, qui Penitentiarie D. Papæ curam gerimus, supplicationibus huiusmodi inclinati, auctoritate Apostolica Nobis specialiter concessa discretioni tue committimus: quatenus, si est ita, dictum Latorem, audita prius ejus sacramentali confessione, à quibusvis sententiis, censuris, & penis Ecclesiasticis, quas propter pramissa quomodolibet incurrit, ab incellu, & excessibus huiusmodi absolvas hac vice in forma Ecclesiæ condita: inuncta inde etiam pro tam enormis libidinis excessu gravi penitentia salutaris, ac Sacramentali confessione peccatorum tuorum, singulis scilicet mensibus ut minimum semel, & quoties animæ tuæ saluti expedire judicaveris, & aliis, que fuerint de jure injungenda. Deum, dummodo impedimentum ex pramissa proveniens, sit occultum, & separatim inter Latorem, & dictam mulierem fieri non possit abique scandalo; ex cohabitatione vero, de incontinentia probabiliter timendum esse, tibi visum fuerit, & aliud canonicum non obstat: cum eodem Latore, ut dicta muliere de nullitate prioris consensus certiorata, sed ita caute, ut Latoris delictum nunquam detegatur, matrimonium cum eadem, & utrique inter se de novo, secreta ad evitanda scandala, pramissis non obstantibus, contrahere, & in eo potissimum remanere licite valeant, misericorditer

dispensans, prolem susceptam, si que sit, & suscipiendam exinde legitimam decernendo, in foro conscientie, & in actu Sacramentalis confessionis tantum, & non aliter. Ita quod huiusmodi absolutio, & dispensatio in foro iudiciali nullatenus suffragetur; nullis super his adhibitis testibus, aut litteris datis, seu processibus confectis, sed presentibus latentiis, quas sub pena excommunicationis lætæ sententiæ laiare teneris, stant nullum illarum exemplum extet; neque eas Latori restituis, quod si restitueris, nihil ipsi presentibus littere suffragentur. Datum Romæ apud S. Petrum sub sigillo officii Penitentiarie, 13. Julii, Pontificatus SS. D. Noltri anno

EXPOSITIO

261 **I**n qua re Innoc. XI. per Bullam incipit *Exponi Nobis*, editam die 27. Novembris 1679. concedit Lectoribus Jobilatis Ordinis Minorum de Observantia S. P. Francisci, ut litteras Penitentiarie Apostolicæ Doctoribus Artium, seu Magistris in Sacra Theologia directas, recipere, aperire, & executioni mandare possint, & valeant.

In ipse Executor debet esse Confessarius approbatus ab Ordinario loci, ubi est dispensaturus, qua dispensare debet in ipsa conscientie, in qua examinare prius debet veritatem expostitorum.

262 Pro forma absolutionis. Postquam dixit: *Absolve te à peccatis tuis*, addat: *Et eadem auctoritate declavo te in dicto matrimonio manere, & debitum conjugale reddere posse, & debere, nec non dispenso tecum, ut idem debitum etiam exigere licite valeas: In nomine Patris, &c.*

Si absolvi debeat ab aliqua excommunicatione, suspensione, &c. dicat: *Ego te absolvo à vinculo excommunicationis, &c. quam incurristi, &c. propter hanc causam N. (si sit excommunicatus, addatur: Et restituo te Sacramentis Ecclesiæ, & Communioni Fidelium: (si sit suspensus) executioni tuorum ordinum, vel officiorum, vel beneficiorum: In Nomine Patris, &c.*

263 Dispensatione peracta debet lacere litteras, præsertim sigillum, ut ad probandum fervire non possit; alias excommunicationem majorem incurrit. *Busemb. lib. 2. tract. 2. cap. 4. post dub. 4. appendix Tamb. tom. 2. pag. 1. & vide tom. 1. de Prudentia Confess. & de Imped. cognationis in linea transv. in distantia inæquali.*

264 Dispensatus per Sacram Penitentiarie in voto castitatis ad matrimonium contrahendum, si dispensatio sit limitata, v. g. cum matrimonium semel contrahendum, seu cum

Be-

Berta tantum, &c. tunc ea mortua reddit obligatio voti, ac cessat onus poenitentia salutaris in dispensatione imposita; quia poenitentia est substituta loco voti; & accedente principali, cessat substitutum. Si vero est illimitata, tenetur eam continuare; quia per extinctionem obligationis voti factam per dis-

penationem continuatur substituto, & subrogato.

265 Pro dispensationibus super impedimentis dirimentibus matrimonium, si non sint occultæ, sed publicæ, recurrendum est ad Datariam Romæ, exponendo casum, & paupertatem, si sint pauperes.

PARS SECUNDA.

De decem Præceptis Decalogi.

266 **N** Omne Decalogi venit sacrum volumine decem Præcepta divina complectens, que habentur in Exodo cap. 20. quorum tria priora dicuntur, *prima Tabula*, septem posteriora, *secunda Tabula*, quatenus illa Deum, ista Proximum immediate respiciunt.

267 Decem Præcepta Decalogi sunt divina naturalia, adeoque observanda etiam cum periculo vitæ: v. n. 143. & 125. Alia sunt negativa, que prohibent aliquid fieri: hæc obligant semper, & ad semper, ut *Non adorabis Deos alienos, Non occides, &c.* alia positiva, que præcipiunt aliquid fieri; hæc obligant semper, non ad semper, sed ad locum, & tempus: ut *Honora parentes.*

DE I. PRÆCEPTO DECALOGI,
Utrum cele Deum.

CAPUT I.
DE RELIGIONE.

268 **R**eligio est virtus moralis hominem inclians, ut Deo debitum cultum exhiberet tanquam omnium Creatori, & Domino. Ejus actus tam interiores, quam exteriores præcipui sunt; Adoratio, Sacrificium, Oratio, Juramentum, Adjuratio, & Votum.

ADORATIO

269 **E**st actus quo alium reverentem, ipsi nos submittendo tanquam Superiori in recognitione loci excellentiæ.

Est triplex: *Latria*, que est in Deum, ob excellentiam increatam: *Dulia*, que est in Sanctos, ob excellentiam creatam communem: Et *Hypodulia*, que est in Beatissimam Virginem, ob excellentiam creatam singularem, ceteris supervenientem.

270 Hæc triplex adoratio, alia est absoluta, que convenit Deo, Virgini, & Sanctis per se venerabilibus; alia respectiva, que convenit Crucis, Imagiibus, Vestibus, & fi-

Examē Ecclesiæ.

milibus ratione carentibus, que non per se coluntur, sed propter aliud. Unde eorum veneratio non fit in illis, sed ad prototypum referuntur, cujus sunt imagines, aut quod representant.

271 Licitum est, votis, & alio cultu, privato tamen, puta genuflexione, deosculatione, &c. ut privatam personam venerari sepulchra servorum Dei eximie sanctitatis, de quibus est indubitata miraculorum fama, Gobat 20. 3. de voto n. 401. quia id practicum legitimum cum illis, qui postea Sancti declarati sunt.

272 Non licet cultu publico, v. gr. erectione Altaris, Sacrificio Missæ, Horis Canonice, & thure, appendendo tabellas, lampades, ceteros accendendo, &c. velut personam publicam, aut nomine Communitatis, quia id prohibetur maxime ab Urb. VIII. qui etiam in specie prohibet: *Eorum imagines in Ecclesiis, aliisque locis publicis, ac etiam privatis, cum laureolis, aut radiis, seu splendoribus proponi.* Alberghinus in *Man. qualif. cap. 30.*

273 Sacrificio Missæ Deum colunt Sacerdos, ac ceteri assistentes, & cum Sacerdote offerentes. De eo actum est fuse in tom. 3. De aliis Religionis actibus plenè agimus in hoc primo tomo.

CAPUT II.
DE TRIBUS VIRTUTIBUS
THEOLOGICIS.

FIDES

274 **E**X Apost. ad Hebr. 11. *Est sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparentium in; innotum testimonio divino.*

275 Primo, fideles, postquam ad usum rationis pervenerint, sub mortalibus, & necessitate medi tenentur explicitè credere quæque: 1. Deum esse; 2. esse justum remuneratorem, dantem premia iustis, supplicia malis; 3. My-

C 3

Re-

sterium Trinitatis, quod consistit in unitate nature, divins, & Trinitate personarum. 4. Mysterium Incarnationis. 5. mysterium Redemptionis, nempe Christum esse mortuum pro nobis: Christum esse verus Deus, & homo in unitate persone Verbi divini. Dixi, necessitate medi, quia sine horum actuali fidelit quae salvari non potest, nec ignorantia juvat. Unde homo, qui mysteria fidei necessaria necessitate medi ignorat, etiam si ignorantia supponatur invincibilis, absolvi non potest, nisi prius super illis erudiat, quia caret medio necessario ad justificationem, & salutem: v. in pag. 6. *proposit. 64. ab Innoc. XI. damn. C. de baptismo.*

276 *Constat ex Apost. ad Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & invigilantibus se commemorare.* Ex Jo. 17. *Matth. 18. & ex Synb. Ath. Sed necessarium est ad atternam salutem, ut incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat.* C. v. in pag. 4. *proposit. 22. ab Innoc. XI. damn.*

277 *Secundo, tenentur sub mortali, necessitate tamen precepti, explicitè, & erro tamen modo, & quoad substantiam, credere, & scire, 1. Articulis Symboli Apostolorum. 2. Orationem Dominicam. 3. Precepta Decalogi, & Ecclésiæ. 4. Sacramenta maxime necessaria, ut Baptismum, Eucharistiam, & Pœnitentiam. Reliqua autem, quando volumus suscipere.*

278 *Peccati sæpe à mortali excusantur ob intelligentiam naturalem defectum, non excusantur autem, qui eorum curam habent, si non docent. Confessarii in primis confessoribus debent pueros super præmissis examinare, & erudire.*

279 *Non sufficit fides ex testimonio humano, aut simili naturali motivo, quia fides ad salutem supernaturalem necessaria, & quæ est radix nostre justificationis, & de qua ait Apost. ad Hebr. 11. 6. Sine fide impossibile est placere Deo, est fides Helvetica supernaturalis innixa testimonio divino, quod solum est infallibilis veritatis. Imò meritum fidei consistit in hoc, quod independentè à naturalibus rationibus, revelata credimus, præcisè quia Deus verax dixit: v. in pag. 4. *proposit. 4. 19. 20. 21. C. 23. ab Innoc. XI. damn. C. in pag. 1. ab Alex. II. damn. v. om. 2. pag. 555. a. n. 181.**

280 *Preceptum confessionis externæ fidei est duplex, negativum, scilicet non negandi fidem, & affirmativum, consistendi ore fidem.*

281 *Primum obligat semper, & pro semper, itaut per nullum signum externum liceat aliquando negare fidem, non obstantè, quod integritas servetur fides, etiam si urgeat peri-*

culum mortis: patet ex *Matth. 10. Qui me negaverit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo.*

282 *Secundum non obligat pro semper, & unde oportet distinguere.*

Vel enim taciturnitas est in talibus circumstantiis, ut sit signum negationis fidei, aut erubescentiæ confessionis fidei, aut credit aliis in scandalum, quo avertantur à fide; & tunc etiam cum discrimine vite fidei consistit tenentur. Quia ut ait D. Chrysof. in *exp. nolite timere*, non solum efficit proditor veritatis, qui mendacium loquitur; sed etiam ille, qui non liberè veritatem pronunciat, quam liberè pronuntiare oportet. Hinc si Tyrannus interrogaret te de tua fide serio, & taceres, peccares: v. p. 4. *proposit. 18. ab Innoc. XI. damn.* Item dico, si Pastor, urgente persecutione in suas oves, cum eorum scandalo fugat.

283 *Si verò taciturnitas sit in aliis circumstantiis, ut non sit signum negationis fidei, &c. tunc non efficit peccatum. Similiter tunc licitum est fingere, aut occultare fidem signis ex se indifferentibus, minime signis ad professionem falsæ fidei institutis. Constat ex *Matth. 23. Cuius persequitur vos in civitate ista, fugiet in aliam*; & exemplo D. Athanasii, aliorumque Sanctorum, ac ipsius D. Pauli.*

De fide, Scotus in 3. d. 23. g. 1. *litt. G. d. 25. q. 1. litt. F. in 4. d. 14. q. 3. litt. E. 2. d. 5. q. 1. litt. C.* *Mastrius in Theol. mor. disp. 10. n. 2.* *Dianæ par. 3. in 5. res. 47. 48. C. 49. par. 5. in 8. res. 34.* *Joan. de la Cruz pag. 5.* *Tamb. tom. 1. lib. 2. cap. 2.* *Buscemb. lib. 2. tit. 1. Cardenas disp. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 41. 42. Bonac. tom. 2. à pag. 178.* *Leand. tom. 6. decis. 11. de fid. Fenech. Bertaldus 1. pr. dec. pun. 1. Castropal. tom. 1. tit. 4. plurim. in 2. tom.*

S P E S

284 *Se Virtus supernaturalis, inclinans ad amandum Deum amore concupiscentiæ, quo Deum, & divina præ omnibus aliis bonis nobis concupisimus. Quæ concupiscentia est: sancta non est enim talis, qua fruamur utensibus, & utamur fruentibus: quia Deum, seu beatitudinem concupisimus nobis, non tanquam fini, sed tanquam subiecto beatitudinis perficiendo, quod totum potest esse ordinatum ad ipsiŭm Deum, tanquam finem.* Et hoc pacto differit spes à charitate, qua Deum amamus amore amicitie, ut summum bonum in se.

285 *Ratio est, quia Deus non solum est in se infinite bonus, sanctus, &c. sed etiam esse nobis infinite suavis, delectabilis, &c. Hinc Platões de hoc sancto mercenario affectu ab-*

que verecundia ait: inclinasi cor meum ad faciendas justificationes tuas propter retributionem: Psal. 83. Concupiscentiæ, & desideria mea in acria Domini: & Aug. in Marc. c. to. Accende me Domine culpatore, & concupiscentia tua, qua laudasti, & bona. Scotus in 3. d. 26. g. un. litt. C. d. 3. 4. q. 1. un. lit. F. Mastrius Theol. mor. disp. 10. n. 3. Jo. de la Cruz pag. 15. Busemb. l. 1. tit. 2. Fenech. Castropal. tom. 1. tit. 5.

CHARITAS

286 *Se Virtus supernaturalis, qua Deum diligimus propter se, & proximum propter Deum. Deum diligere tenemur supra omnia, non intensivo, sed appreciative, seu prælative; itaut in casu iactura Deus sit præferendus filiis, divitis, & cæteris bonis, qui amor appreciativus efficitur intensivo.*

287 *Fides, Spes, & Charitas, quantum ad præceptum negativum de non discredendo, de non desperando, & de non odiendo, obligat semper, & pro semper; non sic quoad præceptum affirmativum de eliciendo actus fidei, spei, & charitatis. Et quidem non sufficit eos elicere semel in vita; non potest autem facilius assignari tempus sine periculo erroris, aut fovendi scrupulos. Tenemur verò esse frequenter elicere, quia huiusmodi actus virtutum Theologicarum, cum habeant per obiectum immediatum Deum, ad differentiam virtutum moralium, quæ habent per obiectum proprias materias creatas honestas, maxime requiruntur ad nutriendam, & conservandam vitam spiritualem animæ, præsertim ad eos tenemur, quando urget gravis tentatio contra fidem, spem, & charitatem, cum periculo labendi; tunc, inquam, firmari debemus per actus positivos oppositos. Tenemur actum charitatis elicere in casibus, in quibus debemus Eucharistiam recipere, & Confessarium non adest; & in aliis casibus, qui in peculiari virtutis materiam infra afferuntur.*

288 *In hæc tamen res non est scrupulose agendum; eo maxime, quia si attentè consideremus, frequenter actus formales directos, fidei, spei, & amoris, elicimus; quando enim Symbolum Apostolorum, orationem Dominicam, & similia recitamus, aut Sacramento recipimus, & sacra adoramus, aut signo Crucis signamur, actus fidei elicimus; quibus articulis illis credimus. Item, quando poenitentes ad Sacramentum poenitentie accedimus, & salutem speramus. Denique quando divina beneficia recogitamus, ad amoris actum in Deum excitamur; & præsertim, quando mentaliter oramus, assiduos, atque servidos amoris actus in Deum experimus: v. in pag. 2. *proposit. 1. ab Alex. VII. C. pag. 4. prop. 5. 6. 7. 17. C.**

65. ab Innoc. XI. damn. *Mastrius cit. & Cardenas disp. 42. Bonac. tom. 2. pag. 164. Leand. to. 6. dec. 11. 4. Bertaldus 1. pr. dec. pun. 1. Castrop. 10. 1. tit. 6.*

CHARITAS ERGA PROXIMUM

289 *Non sufficienter expletur, si abstinemus ab actu odii, & erga eundem exequamur factis opera externa benevolentie. Sicut enim certum est nos obligari ad diligendum proximum, ex *Matth. 22. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum*. ita certum esse debet, nos obligari cum diligere actu interno expresso, & formali, ex illo *Joan. 3. Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem; & Matth. 22. ubi Christus loquens de precepto charitatis, ait: Secundum autem simile huius, diliges proximum tuum sicut te ipsum*. Ubi per ly simile, datur intelligi, quod præceptum charitatis proximi fit non solum de opere externo, sed etiam de interno cordis affectu, ut effi præceptum de diligendo Deum; volendo proximo bona, non mala; gaudio, non tristando de malis, displicendo, & non complacendo de malis, etique in necessitate subveniendo. v. in pag. 4. *proposit. 10. C. 11. ab Innoc. XI. damn.**

290 *Proximus est omnis homo beatitudinis capax, five fidelis, five infidelis, five amicus, five inimicus.*

291 *Ordo in dilectione proximi servandus, quoad bona pertinentia ad naturam, & vitam corporalem, est: Ut extra extremam necessitatem succurrendum sit, 1. uxori, quia est una caro cum viro, 2. filiis, & parentibus, & patri præ matrem, 4. fratribus, & sororibus, deinde propinquis, & familiaribus. In extrema autem necessitate, parentes, eo quod vitam dederint, sunt præferendi filiis.*

292 *In rebus pertinentibus ad civilem communicationem præferendi sunt concives, ia bellicis commilitones, in spiritualibus patres, & fratres spirituales. Baneæ tamen probabiliter tenet, parentes etiam in spiritualibus esse omnibus aliis præferendos, quia prima conjunctio carnalis est fundamentum aliarum conjunctionum: ita Busemb.*

293 *Tenetur quis succurrere proximo in extrema necessitate spirituali conficendo, etiam cum periculo propriæ vite, si sit certa spes illius juvandi; & non possit alia via juvari, nec sit periculum damni proprii spiritualis. Quia damnum spirituale proximi prævalet omni damno temporali etiam proprio, damnum verò spirituale proprium prævalet damno spirituali alieno. Hinc teneris baptizare infantem, & absolvere peccatorem, quem scis certo mortuum, cum periculo tue vite, si sit certa spes illius juvandi.*

& tibi constat non posse alia via juvari, nec tibi imminere periculum damni proprii spiritualis.

294 In gravi necessitate tenetur tantum Parochus, cui talis cura ex officio incumbit, cui proinde non licet fugere tempore pestis nisi subdito alio aequè idoneo.

Scotus in 3. disp. 28. q. 10. Maltrius in Theolog. moral. disp. 10. Joan. de la Cruz pag. 10. Tamb. tom. 1. lib. 5. Busemb. lib. 2. r. 4. c. 1. & 2. Leander tom. 6. dec. r. 11. 4. disp. 3. Fenece. Callrop. tom. 1. r. 6.

O D I U M

295 **E**st duplex, videlicet inimicitia, *Quo volumus proximo malum, quatenus illi malum;* & hoc est peccatum grave, vel leve juxta gravitatem, aut levitatem materiae, alterum est odium abominabilis: *Quo non personam, sed ejus malitiam, vel saltem personam tantum ut malum, aut nobis nociam, averfamur.* Et hoc regulariter non est peccatum. Ita Busemb. De hoc ait Pfalter: *iniquus homo habui.* Est tamen grave, si averfo fit magna, & cadat non tantum in malitiam, aut qualitatem offensivam, sed in personam. Est igitur malum odium abominabilis personae, non fit odium abominabilis ejus malitiae, aut qualitatis infestae: v. in pag. 2. prop. 9. ab Alex. VII. damn.

296 Probabile est sufficere, si in confessione dicas: *Volui grave malum proximo;* non explicando speciem mali, mortis, corporis, infamiae, aut in bonis temporalibus, cum conveniant in una ratione mali.

297 Item probabile est, quod non tenearis speciem mali, aut boni explicare in tristitia de bono alterius, in gaudio de malo, & quando desiderium est inefficax, quando desideras, ut alius occidatur, &c. at voluntatem non habes eum occidendi, &c.

Probabilis tamen est, teneri id explicare, quia recensita mala distinguuntur specie.

298 Non peccat, qui sibi, vel alteri mortem desiderat naturalem ad gravem inimicitiam, miseriam, & vitam acerbam, & invitandam, quia tunc tolerantior est mors, quam in tantis miseris vivere. Peccat autem graviter, qui ob leves molestias mortem exoptat. A mortali excusari sepe solent ratione primi motus, aut ex defectu advertentiae malitiae gravis, vel ex defectu deliberationis, mulieres.

299 Non peccat, qui desiderat mortem naturalem proximo ingens malum inferenti, ut si desideres latroni, aut tyranno mortem. Si desideres infirmitatem peccatorum, ut convertatur. Si tristeris de bono proximi, in quantum id in aliorum damnum redundat, quatenus est eo abusus: v. g. si tristeris

assumptum esse in Judicem hominem injuriam, &c. quia his actus non habent pro objecto malum proximi, sed bonum honestum aliorum, nempe publicae quietis, cessatio iniquitatum, injulitatum, gravium offensionum, &c.

300 In nullo autem ex his casibus licet privata auctoritate proximum occidere, quia plus requiritur ad mortem, & malum inferendum, quam ad desiderandum, ut cum de homicidio. Similiter nunquam licet desiderare alteri mortem ab alio injuste infligendam, quia est actus de objecto malo: v. ver. Homicidium alterius: de Tyranno.

301 Imò seculo casu ingentis damni impendentis, non licet malum, aut mortem naturalem alteri desiderare, aut de eo gaudere, vel de bono tritari, v. gr. quia exinde temporale bonum nobis advenit, aut haereditas: quia hoc est leve, imò iniquum motivum ad malum grave alteri cupiendum. Tum quia haereditas, vivente domino, est tibi indebita; adeoque vivente domino iniquum est ei desiderare malum nempe mortem, ob bonum tunc tibi indebitum. Multò magis iniquum est eum desiderare Patri, à quo post Deum vitam accepisti: v. prop. 13. 14. & 15. ab Innoc. X. damnat. Scotus in 3. disp. 30. q. 10. l. 1. Maltrius in Theol. mor. disp. 10. num. 97. Busemb. et. Cardenas disp. 11. Bonac. tom. 2. pag. 207. Bertaldus 5. pr. dec. p. 11. 1. Callrop. tom. 1. r. 6.

CHARITAS ERGA INIMICUM

302 **E**x præcepto obligat, ut quilibet homo privatus communia charitatis signa, & beneficia exhibeat; specialia vero solum ex consilio, nisi aliunde obligatio oriatur, ver. gr. ratione scandalii.

303 Hinc non potes sine mortali, à communibus orationibus, aut à sacrificio inimicum excludere. Nec si toti vicinia elemosynam largiaris, potes inimicum excludere, quia licet liberè des, supposito tamen, quod des, inimicum excludere est odii signum.

304 Regulariter non tenetur quis salutare, aut alloqui inimicum: quia salutato, & alloco sunt actus liberi inter aequales, unde eos omittere non est per se signum odii. Inter inaequales eos omittere est signum inurbanitatis in inferiore; imò si inaequalitas fit insignis, ut inter superiorem, & subdium, &c. salutationem omittere est signum contemptus.

305 Dixi, regulariter, quia aliquando ratione alicujus circumstantiae adjunctae eos omittere est mortale: 1. si cedat in scandalum, & signum odii interni: uti est, si pluribus simul tibi occurrentibus ceteros salutes, & inimicum excludas: 2. si allocutio non

non est debita, sed tu praevides, quod ex tua allocutione, aut salutatione, inimicus odium deponet, tunc mortaliter peccas, si sine magna animi difficultate potes; hoc addidi, quia charitas non obligat cum magno incommodo.

306 Postum tamen isti aliquando excusari à mortali, si alii, qui videbant eos prius ad invicem salutare, & modò vident non salutare, sciunt causam rixae fuisse levem, & rixam levem.

307 Quando colloquio est debita, debet prius incipere laedens, inferior, qui prius offendit, qui excitavit, qui gravius offendit, licet fuerit posterior. Si injuria sint aequales, aut non fit major ratio, cur incipiat prius unus, quam alter, utrique incumbit cura occasionem capiendi; & ille, cui prius occasio occurrit, incipere debet; sicut inter aequales unus prius salutandi incumbit illi, qui coram alio pertransit.

308 Non teneris salutare inimicum, si sis moraliter certus cum non salutarum; quia tunc est periculum, ut tu graviter contra illum inheres. Similiter, si praevideres inimicum exinde evasurum audaciorum, & magis tibi infestum, ut si inde notabile damnum esse tibi sceturum.

309 Si inimicum graviter tibi infensum te salutarum non refutas, peccas mortaliter, quia est signum odii; à mortali excusaris, si circumstantiae sint tales, ut omisso salutarum iudicio prudens non sit signum odii, v. g. si saluans fit valde inferior. Si saluatus simul te distructum, ut verè appareat non adverte. Si injuria sit gravis, & recens, & saluatus sit timorata conscientia, ut omisso salutarum attributarum fragilitati conditionis humane, quae non patitur tam subito salutare offensionem. Sic Matrona nobilis, si non refutat more patrie occisionem sui filii; in hac enim, cum vindictam de injuria non sumat, omisso salutarum non est signum odii, sed sensus iusti doloris, vel muliebris saltus, Ita Tamb. Adde, solere mulieres vitare occisionem aspectum, non ratione odii, sed ne dolorem renovent cum memoria occisi filii.

310 Concluditur tunc te teneri ad præfata specialia signa, quando circumstantiae sunt tales, ut eorum omisso fit signum odii interni: scilicet, quando non

311 Aliquando peccatis scandalum vitare, si inter familiares societates eorum, qui possunt scandalum pari, protestares te ex toto corde performam talem diligere; à signis verò specialibus te abstinere, minime ex odio, sed ex iusta consideratione, quia tibi grata non est societas ejus.

312 Dixi in principio: *Quilibet homo privatus.* Quia persona publica, nempe Praelatus, Superior, Princeps, regulariter potest, imò debet subdito deficienti signa nedum specialia, verum etiam communia denegare, atque etiam aperire, & aulicem vultum offendere, quia hoc non est signum odii, sed medicina, ut subdito se emendet, qui sepe in peiora prolabetur; si post defectum, Superiorem scientem, adhuc hilarum, atque benedicendum experiretur.

313 Offensus potest offensorem acculare, nec tenetur postea ei facere iudicè remissionem; id enim est consilium, non præceptum. Ratio est, quia non peccat, si id faciat, non volens penam, ut malum, & molestem ipsi offerri: quia hoc est odium mortale: sed volens satisfactionem offensae, quae per offensorem punitionem habetur, & exemplum aliorum, ne alii, vel iidem iterum in similes offensas prorumpant, fed corceantur à malis. Primum quidem est actus odii, quia sicut in malo proximi, secundus verò est actus iustitiae vindictivae, qui sicut in reparatione injuriae, adeoque est actus bonus; alioquin iniuriam influerentur Iudices pro reparatione injuriam, & satisfactione patientium offensas. Debent tamen fideles in procuranda satisfactione, praesertim in causis criminalibus, esse moderati, atque cauti, ne cum actu iustitiae odium imitent. Debent autem moderationibus adhiberi, si sicut exinde sumat occasionem odii, erit scandalum pastum, quia tuus tuum agis.

314 Denum, quando in praesentia inimici experiris varios motus sensus, nempe te trepidare, faciem immutare, repugnantiam de ejus aspectu habere, non inde peccas, si ad deliberatum, & gravem aversionem, à tu ad grave malum desiderandum non transcas, quia illi motus sunt naturales, & involuntarii, osti ex apprehensione objecti, ut tibi molesti. Scotus in 3. disp. 30. q. 10. Maltrius in Theol. mor. disp. 10. n. 48. Tamb. tom. 1. lib. 5. c. 1. §. 3. Busemb. lib. 2. r. 3. c. 2. Bonac. tom. 2. Bert. Castr. 1. r. 6.

I N V I D I A

315 **E**st inordinata tristitia de bono alterius, ut est Adminiculum propriae excellentiae, unde per invidiam non tristratur quis de bono alterius, quia vult malum ipsi, nam hic est actus odii: sed falsò apprehendit illud, esse diminutivum propriae excellentiae, & honoris. Ex genere suo est mortale, si bonum sit grave. Regulariter tamen licet à mortali excusari ratione levitatis materiae, aut ex defectu plena advertentiae, & deliberationis.

316 Invidiam satis clarè distinguit Busemb. Si dolens, quòd alter tibi aequalis, vel non multum inaequalis, in excellentia crescat, in tuum se superius, & ipsum incrementum excellentiae apprehendas; ut tibi malum, est propriè invidiosum. Quia falsò & immerito id apprehendis; hinc tenens cam apprehensionem repellere, & non voluntate consentire, & tristari.

317 Si irascibilis sit ex eo, quòd nobis desit bonum quòd alter habet, ita tamen, ut illud alteri non discipimus, non est invidia, sed amulatio, seu zelus, qui si est circa bonum honestum, est laudabilis, dicente Apost. ad Cor. 12. Emulamini charitativa meliora. Si autem circa temporalia, interdum est venialis, ut si bonum delens sit improportionatum, quale esset, si rursus doleret se non esse Regem.

318 Si irascibilis est de bono alterius, in quantum ille est indignus, non est invidia, sed indignatio, quae non est peccatum.

319 Si irascibilis est de bono alterius, in quantum eo tribis, vel alius timet nocenturum: v. g. inimicus tuus est exultans ad officium, ut tibi facultas possit nocere, qui si est invidia, sed timor, qui per se non est peccatum, nisi sit inordinatus.

320 In his autem potest esse peccatum mortale per accidens, puta, si divinam providentiam argueres, si ad malum ei desiderandum transires, &c.

Scottus in 1. dist. 6. q. unie. lit. K. Maltrius in Theolog. mor. disp. 10. n. 98. Tamb. rom. 1. lib. 3. c. 1. §. 3. Busemb. lib. 5. c. 3. dub. 4. Bonac. rom. 1. pag. 209. Castrop. s. 1. r. 6.

SCANDALUM

321 **E**X D. Thoma, est dictum, vel factum, quòd est occasio ruinae spiritualis proximi, nempe peccati: Est duplex, activum, & passivum.

322 Activum, est dictum, vel factum malum, seu speciem mali habens, praebens alteri occasionem ruinae spiritualis. Est peccatum mortale, si est occasio peccati mortalis: veniale vero, si venialis. Et tale est, etiam si peccatum alterius, seu scandalum passivum non sequatur; quia per accidens est, quòd non sequatur.

323 Scandalum activum dicitur directum, si malum, aut speciem mali habens, dicitis aut facis intendens ruinae spirituales proximi, sive formaliter ob damnum spirituale proximi quod est proprium demonis, sive materialiter ob proprium commodum, & utilitatem, quod est proprium hominis; ut si quis verba obsecra dicat coram muliere, ut eam inducat ad peccatum.

324 Indirectum dicitur, si malum, aut speciem mali habens, dicitis, aut facis, praevideas

esse apertum natum, ut sit alteri occasio peccandi, licet id non intendas. Malum dicitur, quòd in se est malum, Speciem mali habens dicitur, quòd in se non est malum, pusillus tamen apparet malum; ut si fecia 6. coram pusillis carnes comedas, non dicens, quòd licentiam habes, seu necessitatem. Nominè dicti, vel facti venit etiam omisso mala, aut speciem mali habens.

325 Scandalum passivum est ipsa ruina spiritualis proximi ex occasione dicti, vel facti alterius sequens: quòd si illud dictum, vel factum sit bonum, aut indifferens, & nullam speciem mali habens, scandalum, quòd sequitur, dicitur purè passivum; aut si sequatur ex debilitate, aut ignorantia, dicitur scandalum pusillorum; si vero sequatur ex malitia, dicitur scandalum pharisaicum. Unde scandalum passivum dividitur in datum, quòd oritur ex activo, & in acceptum, quòd non oritur ex activo, sed ex ignorantia, aut malitia ipsius acceptivum scandalum.

326 Ob scandalum purè passivum pharisaicum non teneris tuas actiones omittere, ut disseret: sed illud est contemnendum, quia malitiosè concitatur ad tuas actiones impediendas. Hinc Marth. 15. ait Christus: *Straw silos*. Ob scandalum vero purè passivum pusillorum teneris tuas actiones omittere, ut disseret, si faciliter, & sine tuo incommodo potes; minime, si sine tuo incommodo non valeas, quatenus adde necessitas, vel utilitas: ratio est, quia non est eius causa, unde peccatum alterius malitiae imputatur.

327 Quando coram aliis peccas, tunc est scandalum, quando attentis circumstantiis personae agentis, & personarum sapientium probabiliter timeret, quòd per illum actum ad peccatum trahantur, qui alias peccaturi non essent. Busemb. Unde non est scandalum, 1. si persona, coram qua peccas, fit parata ad idem peccatum; ut si quis fornicator coram parato ad fornicandum, nec ejus exemplo moveatur, sed ex propria deliberatione, 2. si persona agens sit ita vilis, ut potius moveat ad indignationem, quam ad peccatum, 3. si persona praesens, coram qua alius verba inhonestia profert, est ita proba, & timorata, ut potius ea sint illi causa horrois, quam amoris. Castrop. s. 1. r. 6. disp. 6. punct. 4. n. 4. nam in tantum peccas peccato scandali, in quantum es causa moralis peccati aliorum.

328 Scandalum activum nudum dicitur, sed etiam indirectum, contrahit malitiam scandalosi speciei distinctam contra charitatem in confessione explicandam: Quia ex precepto charitatis quis tenetur, tam ad non procurandum

dam ex propria industria ruinae proximi, quam ad se abstinendum à causa injusta, ut proximus eadat.

Item in scandalo activo, etiam indirecto explicanda est species peccati, ad quam proximus inducitur. Quantum ad numerum vero inducendorum una actione, sufficit dicere: *Fui pluribus meo exemplo occasio peccandi in tali specie, v. g. adulterii, &c.* Probabilis tamen mihi est cum Bonac, quòd teneatur exprimere statum personae, cui scandalum dedit, si ille asserat peccato malitiam specificam, v. g. in materia fornicationis, si persona scandalizata sit conjugata, aut voto castitatis ligata.

329 Qui habens votum castitatis inducit scandalum ad peccatum contra castitatem, peccat contra castitatem, & tenetur circumstantiam sui status aperire, quia castitas indirectè obligat, ne alios ad luxuriam provocemus. Contra Diamam, & Tambur, qui negant, dicentes, eum propriam, non alienam castitatem promissit, v. n. 283.

330 Qui autem directè, & explicitè induxit alterum non paratum ad idem numero peccatum, quòd est commune duorum, & ab ipso penitente in confessione explicatur, v. g. induxit mulierem non paratam ad fornicandum secum; si ipsa consentiat, & peccatum sequatur, non tenetur circumstantiam inductionis exprimere: sed sufficit, si fornicationem aperiat; quia indistincto ad peccatum, & ipse peccati commissio, tunc moraliter pro una transgressione reputantur.

331 Non peccat mulier se ornans juxta qualitatem personae, & usum commune, & ita virorum aspectibus se offerens. Quòd si ornatus sit superfluitas, esse solum veniale, nisi ad fit prava intentio, docent Cajet. 2. 2. q. 169. art. 2. Bonac. de matr. q. 4. p. 9. num 17. Castrop. s. 1. r. 6. disp. 6. p. 7. n. 1. quia haec superfluitas est ita vulgaris, ut regulariter grave occasionem non praebet.

Mortale erit, si excessus sit notabilis, & rarus, ubi esset in puella pectus nudum genere, ubi non est consuetudo; quia insolita magis movet. Ubi tamen est consuetudo, à mortali eam liberant Cajet. Nov. & alii apud Tambur. s. 1. lib. 7. c. 8. §. 8. n. 7. Si vero ait, quòd difficulter absolveret. Et quidem sunt deterredae.

332 Quòd si fiat ab aliquo convulsive tenetur peccat mortaliter, si ejus aspectui se offerat, absque ulla vi necessitate, vel utilitate: quia obligatio servandi praecipua est prima, obligatio charitatis est, ut quilibet teneatur ruinae proximi vitare, quando commode potest. Haec autem non tenetur se sua libertate privare, sed potest licitè ea uti, ea

honestè, & iusta causa, quae non fit solum libertatis exercitium; sed bonum aliquod sibi necessarium, aut utile; charitas enim non obligat eam, ut se abscondat, aut non exeat, cum iactura rei sibi necessaria, aut utilis, ob alterius malitiam, juxta dicta n. 326.

333 Non peccas, si potens impedire, permittis peccatum alterius. Primum: ut ille deprehensus corrigatur, Castrop. s. 1. punct. 5. quia iusta causa est correctio. Hoc autem est verum in assuetto peccare; quia licet emendari non solet, nisi poena aut timore correptus.

334 Secundò: *Ut te servas indemnem*. Et sic maritus suspicans, aut secreto sciens adulterium uxoris, potest clam testes aptare, ut adulterium probet, & divortium faciat. Quia habet jus ad repellendam injuriam habitandi cum adultera, ad quòd alia via ei non superaddit, nisi permissio peccati.

335 At non licet ob recentissimas occasione peccandi offerre, seu invitare; quia id non esset permittere, sed cooperari ad malum. Unde ait Bonac. de pecc. non licere marito eum uxore pacificè, ut juveni ejus castitatem tentanti se offerat, & assignet tempus, quo veniat, non sine adulterandi, sed ut deprehensus puniatur, & corrigatur; quia talis obligatio, & invitatio facta tentanti, est adulterii acceptatio.

336 Non obdat, quòd ait Castrop. s. 1. n. 6. licetum esse Patri volenti deprehendere filium in furto, ut corrigatur, linquere claven in loco quae oblitam, aut apponere nummos in arca pauperum. 1. Quia haec est potius occasio-nis permissio, quam oblatio. 2. Quia est re valde indifferens; & ea postea adhuc filius est indifferens, & liber ad non furandum. 3. Quia talis permissio compensatur correctione, ad quam maxime pater habet onus.

QUAERES

337 An opus consilii, vel praecipuum omitti debeat ad vitandum scandalum proximi?

DE praecipuo negativo nulla est difficultas, non enim fuit faciendum mala, ut inde veniant bona: unde non licet occidere ad vitandum scandalum fratris.

DE PRAECEPTO AFFIRMATIVO

338 **D**ico 1. non esse omittendum auctorem praecipuum ad vitandum scandalum alterius. Castrop. s. 1. par. 16. num. 3. contra Valent. Sotum, & alios apud ipsum. Ratio est: quia obligatio servandi praecipua est prima, obligatio vitandi scandalum secundaria; ordo namque charitatis expositus, ut prius quis suam salutem consulat, & ut praecipua ipse impleat, quam ut curet, quòd impleat alter.

339 Confirmatur. Si Petrus, quia est tibi inimicus, omittat missam, eo quod tu ad illam accedis, non poterisullo modo missam omittere, ne ille missam audiat: ergo ob scandalum non sunt omittenda precepta.

340 Hinc mulier non tenetur omittere facrum die festo, ne sit occasio peccandi viro eam adamanti, quem scit in via expectare inspecturum; quia hac non est occasio data, sed accepta ex malitia alterius, & ex parte mulieris adest iusta causa.

341 Dices: Vita spiritualis animæ est nobilior vita corporali proximi, & tamen ad servandam vitam corporalem proximi debet quis omittere auditionem sacri die festo. Ut contingeret, si ex tuo accessu ad sacrum ægrotus domi periclitaretur, vel quis esset alium occisurus.

342 Tum quia obligatio vitandi scandalum est obligatio præcepti naturalis, charitatis, obligatio audiendi sacrum est obligatio præcepti positivi, adeoque minor: igitur. Hæc sunt fundamenta sententia oppositæ.

Resp. disparitatem esse; quia malum spirituale potest proximis reparare, & illud impedire nam via spiritualis non nisi liberè, & voluntariè potest amitti; vita vero corporalis per se, & regulariter non amittitur a proximo liberè, sed necessariò; ut in præmissis casibus, puta ex defectu auxilii, vi morbi, aut ex violentia alterius.

Tum quia obligatio vitandi scandalum est naturalis, & potior obligatione præcepti positivi; sed (loquendo de scandalo passivo) includit conditionem: Si sine tuo, aut alterius damno petes.

343 Dico 2. Nos non tenemur omittere opera consilii ob scandalum pharisaicum; nam ut ritè ait Castrop. Non est iustum malicia alterius cum damno nostro spirituali, imò nec temporalis, consulere. Aliis quilibet potest sua malicia bona spiritualia, & temporalia nobis impedire. Si verò aditè scandalum pusillorum, tenemur, quousque pusilli admonentur, ut in n. 36.

ADMIRATIO

344 Distinguitur a scandalo; nam est quædam turpior de persona, aut de facto. Scandalum vero est omnis actio aut omisio, quæ est causa ruinae spiritualis proximi. Hinc omne id, quod est causa ruinae, est scandalum quod est causa turpioris, dicitur admiratio. Adeoque potest dari admiratio sine scandalo. Dicitum autem, vel factum, quod est causa admirationis, potest esse mortale, si exinde scandalum, aut grave damnum sequatur. Sic in communitatibus, quæ de elec-

tionis vivunt, admiratio ab aliquo ex illis data in materia gravi, est mortalis, quanvis non cedat in ruinam spirituales; nisi in scandalum, quia cedit in detrimentum notabile firmiter communitatis, quoniam malo exemplo frigeat charitas.

COOPERATIO MATERIALIS

345 Fite, quando quis ministrat, aut præbet alteri materiam, quia ille utitur ad peccandum.

QUÆRESI

Administrare indifferentia an sit peccatum? Indifferentia alia sunt remota actioni male, alia proxima. Remota dicuntur illa, quæ non sunt occasio, vel materia actus peccati, seu nullum influxum, aut casualitatem habent physicam, aut morale in actum peccati, sed merè per accidens se habent ad illum. Et hæc ministrare ex honesta, & iusta causa, nullum est peccatum. Proxima dicuntur illa, quæ talia sunt.

Proximum erit famulo ducere concubinam ad amicum, remotum vero eidem concubinae potum ad bibendum præbere; quia prior famulus casualitatem habet, & influxum in actum peccati; posterior verò nullum, sed merè per accidens se habet ad illum.

347 Castropal. tom. 1. tr. 6. disp. 6. punct. 11. n. 4. ait indifferentia nimis remota esse, cibos condire, mentis ministrare, lectum concubinae sternere, equum, quo usura est, præparare, illam ornare, deserere munuscula, intertenucia, urbanitates, & similia. v. num. 361.

348 At de ornatu omnino non proba; quia hic & nunc alium usum non habet nisi malum, cum supponatur directus ad concubina ad provocandum: sic de delatione municipalium, & intertenucium: v. n. 361.

349 Insuper indifferentia, quæ ministrantur, sunt duplicis generis, alia scilicet, quæ communitur in malum usum ordinantur, alia verò, quæ communitur in bonum usum: Ita Castrop. cit. punct. 8. eum quo.

350 Dico 1. Non licet ministrare indifferentia, quæ communitur in malum usum ordinantur, nisi consistat, quod ille fit bene utilis. Quia talis ministratio est ministratio materiæ peccati, quod proinde ministrantur imputatur.

351 Hinc constructio, & venditio Idoli, de se est indifferens, cum deservire possit ad conservandam antiquitatis memoriam; sed facta Idololatris, qui communitur, & regulariter idola ordinant ad cultum, est peccatum.

352 Venditio veneni est indifferens, cum possit.

possit venenum deservire ad colorem, imo ad medicinas commendandas. At non licet illud vendere, nisi illis, quos moraliter constat bene uti. Quod d'ignoscitur potest ex qualitate personæ petentis; & modo petendi rubrice, quod sufficit ad morale certitudinem de bono usu; tunc nanque est præsumendum de bono usu; varonem [ait Castrop.] qui ita audax est, ut si delictum velit officere, non curat secretum.

353 Hac ratione excusantur macellarii vendentes carnes tempore jejunii, & caupones ministrantes cenam petentibus; quia non præsumuntur soluturi jejunium, sed iustam causam excusantem habere, quam examinare non tenentur: Quia fieri comode nunquam potest. Ita ille ex Cajet. & Suarez.

354 Dico 2. Licet ministrare indifferentia, quæ communitur in bonum usum ordinantur, nisi consistat de abusu petentis. Quia tunc cessat ratio scandalii, cum non aditè intentio mala petentis, quæ quidem de nullo debet præsumi, quia ex iure delictum non est præsumendum. Et Innoc. XI. condemnat prop. 51. de cooperatione famuli ad malum, sub particula, scienter, pag. 6.

355 Quod si credas (subdit Castropal.) proximum male usum non indifferens, teneris, si commode potes, ea illi non vendere, vel ministrare; quia cum ex charitate obligaris proximi peccatum impedire, si possis, à fortiori obligaris materiam peccati non ministrare.

At si sine tuo detrimento non possis, non peccas, quia ex una parte talis ministratio ex se non est mala; sed indifferens, & ex alia est tibi utilis, aut necessaria; unde tunc non censetur peccatum alterius causare, sed illud permittere, & tuo jure uti. Ita ille cum Bonac. & Suarez.

356 Præterea in actione cooperativa ex se indifferens, & ex malitia alterius proxime ordinata ad actum malum, est maxime attendenda conditio malitiæ actus, ad quem ordinatur: si enim est ad actum abintrinseco malum, qui nulla ratione potest coherescere, & hic & nunc alium usum non habet, nisi malum, est mala, ut à num. 225.

357 Non est tamen cum tanto rigore discernendum in ordine ad actum non ab intrinseco malum, aut qui valeat aliqua ratione coherescere; in his nanque casibus in ministratio rei indifferens potest dari causa peccato excusans, puta necessitas, notabilis utilitas, gravis morbus, &c.

358 Hæc autem non debet esse levis, sed gravis; nec æqualis in omnibus materiis, sed

proportionata materiæ, in ordine ad quam versatur actio; ita ut in materia iustitie debeat esse gravior, quam in materia charitatis &c. Res clara fit ex multis.

PLURA RESOLVUNTUR.

359 Non peccat, qui domum locat meretrici: quia domus est remota ad peccandum. Imo Castropal. cit. punct. 12. n. 2. addit, te posse plus meretrici locare, quam mulieri honestæ, non quidem in quantum illa plus locatur (sic nanque peccares) sed ratione damni, in quantum ex ejus habitatioe tua domus vilescit.

Si tamen tua domus sit aptior ad meretricium, seu usuram exercendum, rectè Castropalium docet te teneri eis non locare, si alios reperias, quibus locus: Quia lege charitatis tenentur vitare peccata, quæ possit abesse tuo gravi detrimento. Præcipue, cum Respublica solam intendat illi habitatioem concedere ad vivendum, non aptitudinem ad peccandum: v. n. 202.

360 Patroni meretricum in aliquibus locis deputantur, ut illæ ferventer incoluntur, & morbo contagioso laborantes expellant. At si ad meretricium cooperentur, pulchrioris videlicet in loco apertio videntur exponendo, &c. sunt in peccato habituali, & absolvi non possunt, ni cessent.

361 Peccat 1. Constituens pistoriam concubinae, eamque tradens amicum, quia est provocativa ad turp. in amorem. 2. Famulus scribens, aut delens illi litteras amatorias. 3. Præbens munera concubinae Judicis, ut apud illum intercedat, Sanchez lib. 1. c. 7. n. 38. quia ab ea petitur, quod ipsa præstare non potest; nam ejus interesse, visitatio, & similia fovent turp. in amorem. Contra Bonac. disp. de peccatis q. 4. punct. 2. §. unico num. 24. apud Castropal. tom. 1. tr. 6. disp. 6. punct. 15. n. 2. quod peccat peccare: cuius ratio est, quia ex una parte interesse fit ex bono fine, in iudex iustitiam gerat; ex alia interesse non est de se mala; nam ea tante Judicis, & concubinae adhuc possunt à prava voluntate se continere, v. n. 347.

362 Peccat famulus dominum comitans ad fornicandum, si comitatus casualitatem aliquam habet in actum, puta, si intersit pro custodia; si nanque dominus in majori libertate & animositate sumit ad peccandum: v. n. 340.

363 Quod si comitatus sit ut in purum obsequium domini, unique non peccat, quia nullum influxum habet in actum pravum, & excusatur ratione mercedis, & mulieris, etiam si postea casualiter contingat inaviso do-

domini, & famulus illum ab invadente defendat cum moderamine inculpata tutele, aut eundem moneat, ut fugiat: *v. nu. 222. & pag. 6. Prop. 15. d. 10.*

364. Hæc ratione non peccat Chriftianus, qui dominum infidelem ad idolorum templa comitatur. Imo Castrop. *cit. puncti. 11. n. 8.* id etiam dicit, si genuflectat genuflectente domino, dummodo tales sint circumstantiæ, ut adstantes percipiant, genuflectionem illam fieri minime in cultum, sed in signum reverentiæ & obsequii domino, quod dignoscant, si publice habebatur ut verus & bonus Chriftianus. Ita ille: *v. n. 282.*

365. Peccat famulus, si domino accedenti ad fornicandum, januam meretricis aperiat, aut quid simile præstet, quia est actio proxime ordinata ad peccatum, hic & nunc alium usum non habens, nisi malum; debet tamen famulo id certe constare, non sub dubio: *ut in n. 354. & 227.*

366. Eadem ratione peccat Vexlor, si mulierem intra rhedam ad amicum ducat ad fornicandum.

367. Histriones, seu Comediantes mortaliter peccant, si orantur mulieribus, & representent turpia ad libidinem provocantia. Secus, si puras factas.

368. Peccas, si enssem vendas ei, quem certo scis hic & nunc esse determinatum ad occidendum eo instrumeto inimicum, quia occisio est ab intrinseco mala, & venditio, illa hic & nunc est ordinata ad malum.

369. Pariter peccas, si invites ad cœnam, quem scis esse paratum acceptare, & jejunium solvere, quia invitatio ad actum (nempe ad cœnam tempore vetito, & sine iusta causa) à quo hic & nunc malitia separari non potest, adeoque invitatio ad peccatum.

Nec obstat, quod ille sit ex se paratus, quia adhuc verum est, quod per tuam invitationem insitus in individuum peccatum, quod alias ille hic, & nunc in te non efficeret, quamvis ad id esset paratus.

370. Non peccat venditor, si esclenta vendat non servaturis jejunium; si exinde timeat gravem injuriam, aut diminutionem emptorum, & remanissionem mercium inventarum, quia actus non est ab intrinseco malus, & si ille non venderet, ab alio fumerent; tum quia adhuc illi possunt esclenta illa non emere. Non excluditur autem, si pauca res, & parvi pretii vendidit remaneret. Peccat vero ille, qui non est venditor, si apponat in magna quantitate esclenta fracturis jejunium, Castropal. *cit. puncti. 8. n. 7. & puncti. 14.*

371. Non peccas, quando Sacramentum pœnitentiæ petis à Confessario, quem certo scis esse in mortali, si alium promptum Sacerdotem non habeas, quia necessitas, seu utilitas spiritualis te excusat, & Sacerdos potest peccatum per contritionem vitare. Idem est, si accedas ad Confessarium jam expulsum ad confessiones excipiendas.

372. Peccat, qui mutuum petit ab usurario sub usuris, etiam si paratus sit dare sub usuris. Eum tamen à peccato excusant quamplures Doctores, si adit necessitas, & utilitas propria, aut aliena, & non habeat promptum alium, qui ei mutuet sine usuris, qui tunc utitur iure suo, nec intendit usurarii injuriam, sed propriam utilitatem: nec dando usuram, dat usurario occasionem peccandi, cum ille recipere non possit: unde illi imputatur peccatum, si recipiat, & mutuararius excusatur, quia solvit, quod promisit, nec videtur infidelis, & ne se impedit ad habendum iterum mutuum. At non possum à peccato excusare famulum, qui usuras pro usurario exigit, nec detentorem libri computerum de usuris, ob dicta *n. 227.*

373. Idem Doctores addunt, non peccare Chriftianos captivos ex graviter in trimeribus infidelium remigantes contra Catholicos, & latinas, machinas, arma ad bellum necessaria convehentes, propugnacula edificantes, &c. Eos autem peccare docet Tolius, quia tales actiones non habent hic & nunc alium usum, nisi malum, & intrinsece malum. Omnes tamen conveniunt eos peccare, si immediate contra Catholicos pugnent, si ligna ad eorum navas comburendas applicant, &c.

Q U Æ R E S I I.

374. Petrus volens accedere ad fornicandum tali apia hora, quia ad id erat tunc quadam causa domus impeditus, eam curam commisit cuidam suo familiari, ad quem non spectabat, qui sciens finem Petri, amicitia gratis eam curam acceptavit, & pro ea hora supplevit, An peccaverit?

R Esp. peccalle eadem specie peccati, tanquam cooperatorem, utpote participantem, juxta dicta de rell. pro furto. Nec illa dici potest actio indifferens, quia licet absolute, & in se sit indifferens, hic & nunc est proxime ordinata ad peccatum.

Q U Æ R E S I I I.

375. Duo sunt officiales, unus major, alter minor, qui ex officio incumbit opus supplendi defectum majoris. Hoc præmissis, major accedit ad peccandum, hinc etiam majori supplet minor id sciens, An peccat ut cooperatus?

Relig.

R Esp. non peccare: quia majoris curam pro eo tempore supplendo, præstat id ad quod ex officio tenetur: per accidens autem est, si major pro eo tempore ad peccandum accelerit; nam etiam eodem modo suppleret, si major ex alia causa honesta defecet. Nec supplet eo animo, ut præbeat commoditatem majori ad peccandum; sed ut satisfaciat proprio muneri, quod est supplere defectum majoris, seu socii.

Q U Æ R E S I V.

376. An liceat determinato ad majus malum minus consilere? &c.

An mulieri ad actum nefandum inducitur liceat vas naturale offerre, aut consilere, ut innaturale servet?

R Ite præmittendum est 1. difficultatem procedere in casu, quo non sit alius modus divertendi à majori malo. Et loquendo de patiente, in casu, quo non possit alio modo illud effugere.

277. Secundo quod aliud fit determinato ad majus malum offerre, seu proponere minus, & aliud consilere, ac invitare; nam offerre, seu proponere, est ostendere minus malum, ut ille à majori se avertat; consilere vero, & invitare, est efficaciter movere, & influere. *Vide dicta de consilientio homicidium.* Sit exemplum de Lot, qui Gen. 19. offerendo viris nefandis filias, solum obtulit, & proposuit illis materiam expiendæ libidinis minoris illa, ad quam erant determinati; at nullo pacto consuluit, & persuasit, ut facerent.

378. Castropal. *to. 4. tr. 6. disc. 6. pun. 6. nu. 5.* ait, certum esse, quod determinato ad grave malum, licet non sit materiam minoris proponere, ut à majori retrahatur: *tr. 8. Sodomiam intendant licetibi tibi fornicationis materiam proponere.* Unde difficultatem ad exprellum consilium restringit.

In qua tres sunt sententiæ.

379. Prima negat, determinato ad majus malum licere consilere minus, Cajet. Valentia, & alii apud Castrop. *cit. quia ellet consilere peccatum; nam obiectum consilii, licet minus, ellet peccatum.*

380. Secunda affirmat licere, Lessius, Bonnac. Velquez, & alii apud Castropal. *cit. n. 6.* quia illud minus, quamvis sit in se peccatum, relatum tamen ad majus avertendum, involvit carentiam majoris mali, quæ est bona; unde minus illud malum in ordine ad committentem est peccatum, cum in ejus potestate sit illud non patrare, nec majus; minime in ordine ad consulentem, qui minus malum respicit non ut malum, sed ut averfivum à majori,

quod non potest alio modo vitare; adeoque gerit utiliter rem peccatoris, & Dei.

381. Tertia media tenet licere, si ille fit determinatus ad utrumque peccatum, ver. gr. ad actum nefandum, & fornicationem; quia tunc non tu consilis, & invitato ad minus, cum ipse fit determinatus ad illud; sed divertit à majori. Non licere, si solum erat determinatus ad majus, ob rationem primæ sententiæ, Castropal. *cit. nu. 8.*

Præfate tres sententiæ sunt probabiles, sed valde secunda. Vide de Reilit. ver. *Qui resistere veniantur.*

382. Eodem modo præfati Doctores discurrunt de eo, qui alteri determinato ad prodendam patriam, vinum in qualitate valde generosum, aut in quantitate offerit, & ad illud bibendum invitatur, sciens se sopitum, & inebriaturum; quod sic ad proditionem patriæ vitandum. Gobat *tom. 2. tr. 5. c. 12. à num. 24.* Aut à Spir. S. *to. 1. tr. 2. disc. 2. sec. 8. num. 183.* v. ver. *Homicidium sui ipsius.*

Q U Æ R E S V.

383. An liceat eligere, seu patrare minus malum ad vitandum majus?

R Esp. non licere, loquendo de malis ab intrinseco. Unde tibi in extrema necessitate constituto, non licet mendacium eligere, & profiteri, ne in blasphemiam prorumpas. Dispar enim est ratio de consilio, quia mendacium professus, patras malum ab intrinseco, quia nulla ratione cohœretat potest, & hinc peccas. Consulens vero alteri mendacium, uti supra, non tu patras, nec vis mendacium, sed vis visitationem, & carentiam majoris mali, puta blasphemiam. Et insuper id consilis alteri, qui libere potest se ab utroque malo abstinere; unde illi peccatum electionis minoris mali imputatur, non tibi. Et illud, *De duobus malis minus est eligendum*, non est intelligendum de malis ab intrinseco, quæ nulla ratione cohœretat valent.

384. Licere autem, loquendo de malis ab extrinseco, videlicet, quia præceptis. Unde tibi in necessitate constituto eligendi omissionem auditionis Sacri dei testis, aut omissionem necessarie assistentiæ infirmo periclitanti, licet eligere omissionem Sacri; quia in tali casu omissionis Sacri, cum non sit ab intrinseco mala, sed quia præcepta, amittit malitiam; lex namque positiva, etiam divina est rationabilis, non crudelis, sed viribus & conditioni hominis accommodata, ut in hujusmodi casibus non obliget juxta *disc. à num. 121.* Sic David ad vitam conservandam comedit panes propositionis. Omnino vide dicta Reilit. ver. *Qui resistere veniantur.*

QUE.

QUERES VI.

386. An liceat petere a malefico solutionem maleficii?

R Esp. licere, si scias, aut prudenter credas, maleficium scire modum licitum maleficium solvendi. In dubio, non licere, quia te exponis periculo petendi malum. Ita Com.

386. Modo licito solvet maleficium, si si- gnum destruat, vel demonem cogat, ut ipse maleficium tollat, aut signum destruat, quo durante, durat pactum vexandi; quia hoc non est uti ope demonis in ejus obsequium, sed illum cogere, ut destruat opera sua, & a nobis per modum defensionis naturalis malum avertet. Del Bene p. 2. dub. 228. secti. 28. n. 18.

387. Item si quis novo pacto cum demone ab eo addat maleficia tollere, peccat; sed eo pacto transacto, poterit in sui commodum ea scientia uti, dummodo per eam nec implicite, nec explicito damnum invocet, & non fit modus illicitus. Fagundez in Dec. 1. p. 1. cap. 42. n. 14. Leander tract. 9. Dec. disp. 3. c. 4.

388. Quod si scias, aut prudenter credas maleficium scire modum solvendi tam licitum, quam illicitum, sed tibi certo comitet, illum esse usum modo illicito; non licere ab eo solutionem maleficium petere, docent Cajet. & Dilescius, quia petis actionem, quam scis hic & nunc futuram malam.

389. Licere autem, tenet Leander tract. 9. in Dec. disp. 3. q. 26. Ant. à Spir. S. tom. 1. tr. 4. & apud ipsos Fagundez, Suarez, Ledesma, Lessi. & alii; quia petens utitur jure suo, quod est de reparando proprio damno, quod alio modo reparare non potest; & hoc facit petendo a malefico rem, quam modo licito, & sine peccato orantare potest; unde, quod cum peccato praeter, malitia malefici imputatur. Et adducunt pariter de petente mutuum ab usurario parato, ut in n. 372.

CHOREE

390. Sunt triplicis generis: *Pura*, *impura* *per se*, & *impura* *per accidens*.

Pura sunt, quae sunt inter personas ejusdemexus, & abique ullo pravo gestu, aut fine, vel circumstantia mala, & ad animi levamen, & recreationem. Has non esse illicitas, constat, quae, 2. Regum 6. habuit David ante Arcam.

391. *Impura* *per se* sunt, quae sunt inter personas diversitatisexus, vel ejusdem cum pravis gestibus, malo fine, aut ante amatorium,

vel amatorium conspectum. Has esse mortales, constat, cum sint taliter provocatiae ad libidinem; haecque damnant sacri Canones & Patres, & prohibenda sunt à Principibus.

392. *Impura* *per accidens* sunt, quae sunt inter personas ejusdem, aut diversitatisexus, honestatis tamen, sine pravo fine, gestibus, aut circumstantiis malis, in convivio, nuptiis, in publicis Principum solemnibus, &c.

Haec non sunt per se peccaminosa, sed potius ludi, ratione publica, aut privata, seu domesticae civitatis exercitii. Saepè tamen sunt peccaminosae per accidens, ratione nimium periculi (ait Tamb.) *ut in tanto latitiae calore, in tanta adolescentularum, juvenumque specie, ornatu, concursu, in artificiali illa corporis gratia oculis agitatione, in contactu manuum, qui sepe adhibetur, non si solum, qui cunctas agunt, verum etiam spectatores impudica labantur*

Haec igitur sunt periculosa, maxime si frequententur. Idque innuit Ecclesiasticus cap. 9. 4. *Com saltatrico ne assiduas sis, nec audias mansonem, ne forte peccas in officina ejus, quae experitio est, tibi tale periculum non fuisse, se hoc modo ebriantem aut ebriozantes aspicentem, nequaquam esse mortalis peccati reum, tenet Tamb. lib. 7. dec. c. 8. §. 7.*

DOMUS AD LUDENDUM

393. **T** Enere, chartas, menfas, candelas, & similia ad id ministrare, quantum est ex se, est quid indifferens; unde est cum necessaria distinctione procedendum.

394. Vel enim domus est talis, ut in ea recipiantur indifferenter omnes, tam viri honesti, habiles, & qui ludunt recreationis causa sine periculo recensendum malorum; quam viri perditii, vagabundi, pauperes, infimae plebis, qui solent in blasphemias, juramenta, & rixas prorumpere, fraudes in ludo committere, furta inde patrare, proprias curas, ad quas tenentur, omittere; aut qui, quo in die suo labore lucrantur, ludo exponunt cum detrimento familiae, cum uxorum, & filiarum periculo.

395. Vel est talis, ut in ea recipiantur solum viri honesti, habiles, & qui ludunt recreationis causa, sine periculo recensendum malorum.

396. Si domus erit secundi generis, eam tenere non erit mortale. Tales domus possunt concedere Principes. Imo privati nobiles eas tenere solent, ubi alii nobiles congregantur ad ludendum recreationis causa absque malis praedictis.

Et

397. Et quia ministrantes chartas solent etiam ibi dulcicia & potus ludentibus ministrare, licite possunt pretium excedens pro chartis accipere, quantum sufficit ad hujusmodi dulcicia, potus, & sui laborem compensandum, ludentes nancque id sciunt, & libere donant excessum. Tamb. tom. 1. tract. 2. cap. 9. §. 1. à num. 21.

398. Si domus erit primi generis, omnino mortale erit hujusmodi domus, seu tabulae tenere, chartas, & similia ad ludendum ministrare, ob praesata pericula proxima, & occupationes malorum; unde qui eas tenet, & ministrat, cooperatur ad recessita mala, adeoque peccat mortaliter, & in casibus restitutionis, tenetur secundo loco ad restitutionem. Tamb. cit. cum Com.

399. Hinc domus, & tabulas primi generis, non possunt Principes sine mortali permittere, & multo minus concedere.

400. Suaeitur firma ratione ex praxi. Hujusmodi nancque perditii, vagabundi, &c. prohibentur ludere chartis, aut taxillis, alibi extra designatas domos, ita ut puniantur amissione chartarum, & pecuniae, non alia ratione, nisi ad praesata mala, quae sequuntur, vitanda (si velis ad avaritiam recurrere, nimirum ut finis sit, eos ad domos designatas reducere, & inde majus lucrum ex iniquitate reportare, quod non est dicendum, nec praesumendum) igitur sunt etiam prohibendi ludere in designatis domibus, cum eadem sit ratio malorum, imo potius, cum in illis tui, & sine timore poenae ludant.

401. Dices: Meretrices sine peccato permittuntur; igitur & recessita domus luxuriae.

Resp. disparitatem esse primo, quia meretrices permittuntur ad majora mala vitanda, puta ad peiores actus libidinis impediendos: in permissione autem recensitarum domorum ad ludendum, non sunt majora mala, quae vitentur, sed potius ex eorum permissione majora & peiora mala, quaeque republicae noceant, sequuntur.

402. Secundo, quia Principes meretrices permittunt solum dando locum ad habitandum, minime dando aptitudinem ad peccandum, ut n. 25 p. Permittendo autem luxuriosis indifferenter hujusmodi domos ad ludendum, dant aptitudinem ad peccandum; unde, sicut si darent meretricibus aptitudinem ad peccandum, peccarent; ita in casu nostro. Vide infra de ludo.

403. De alioquo ad ludum ait Tertullianus lib. de spect. 5. *Et utique communis usus veus non erat, sed cum ad ludos convulsus est, transit à Dei munere ad demoniorum officia.*

404. Concedit autem Diana p. 2. tr. 15. ref. 65. cum Tamb. cit. posse Principem permittere ludum.

Examen Ecclesiast.

dum *Bonavoglia*, & ludum *Capo di Guardia*, dummodo in hoc posteriori solli milites admittantur: adde nancque rationabilis causa: prior enim mundat Republicam viris perditis, posterior otium militum tollit. De scandalo & cooperatione agunt Scotus in 3. d. 38. q. un. lit. E. in 4. d. 3. q. 4. lit. L. d. 31. q. 2. lit. E. d. 15. q. 4. lit. D. Maltrius disp. 12. q. 4. num. 102. Jo. de la Cruz, Bonac. rom. 2. Tamb. rom. 1. lib. 5. c. 1. §. 4. Bulem. lib. 2. tr. 3. cap. 2. dub. 5. Bertaldus Castropal. rom. 1. tr. 6.

ELEMOSYNA

405. **E**st unum ex praecipuis misericordiae, & charitatis operibus, & acceptissimum, excedens erga proximum, & adeoque tam erga fidelem, quam infidelem, amicum, aut inimicum.

406. Pro ea triplex est distinguenda necessitas, extrema, gravis, & communis. Extrema est ea, in qua quis postus est in probabili periculo gravis infirmitatis, aut mortis, nisi subveniatur. Ad hanc reducitur necessitas quasi extrema, & est illa, quae est proxima praesato periculo, in quantum est ita urgentissima, ut si quis non subveniatur, constituitur in recessito periculo.

407. Gravis est illa, in qua quis postus talia patitur incommoda, quae est vitam reddat nimis molestam, & miseram.

408. Communis est illa, in qua quis postus incommoda patitur, sed non talia, quae reddant ei vitam nimis molestam, & miseram, juxta patientis statum, & conditionem. Talis regulariter est necessitas mendicorum, qui hinc inde subveniuntur.

Hinc habes duo. 1. Quod necessitas, quae est communis in mendico, potest esse gravis alteri, atenta conditione, & statu. 2. Quod etiam in mendico necessitas possit esse gravis, ut si sit in tali statu constitutus, ut solo pane vescatur, & julsulo.

409. Item bona hominis, & divitiae, alia sunt necessaria ad naturam, quae ad vitam conservandam requiruntur. Alia necessaria ad statum, quae ad statum, atque decorem moderatum, & decentem requiruntur. Alia superflua naturae, aut statui, quae superabundant post superfluos impetus in necessitatem ad vitam, aut statum. His praemisissis:

410. Tenetur quis extremis indigentibus, si non sit alius, qui ei effectivè subveniat, sub mortali succurrere ex superfluis statui, imo ex necessariis statui, quae naturae superflua sunt, ita tamen ut non patiar maximum detrimentum excessivae jacturae sui status.

D Un-

Unde si extreme indigens indigeret centum, & si dives daret centum, pateretur excessivam jaculationem sui status; viginti vero essent superflua statura, aut non cauterent excessivam jaculationem; teneretur dives dare viginti.

411 Teneretur etiam sub mortali et succurrere ex necessarii natura, si id facere possit cum modico tui detrimento. Unde si habens communem quantitatem panis, & cibi, pro die sufficientem, videat extreme indigentem, qui si non comedit, est in mortis periculo, eo quia per plures dies non comedit: sub mortali teneretur medietatem sui cibi illi impertiri, quia ejus privatio pro uno die modicum incommodum afferit; & ad id natura ipsa, & viscera charitatis impellunt.

412 Gravior indigenti teneretur quis sub mortali succurrere ex superfluo latui, si non sit alius, qui ei effective subveniat, nec in simili necessitate reperitur: constat ex Matth. 25. *Discedite a me maledicti in ignem aeternum: esurivi enim, & non dedistis mihi manducare.* Ubi per *ysuere*, patet, Christum loqui non de extrema, sed de gravi necessitate. Tum quia preceptum charitatis obligat. *us non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate.* Joan. epist. 1. cap. 3.

413 Eis, qui sunt in necessitate communi, non tenentur sub precepto mortali largiri elemosynam ex superfluo, sed ex consilio, quia cum illi queant ab omnibus, praesumentur juvandi a pluribus.

414 Probabilius tamen puto, mortaliter peccare divitem, si in necessitatibus communibus nullam pauperibus elemosynam largiretur: cum nanque increpare videtur Div. Joan. in cap. 1. c. 3. *Qui habentis substantiam hujus mundi, & videtis fratrem suum necessitatem habere, & clausit visceribus suis ab eo, quomodo charitas dei manet in eo?* D. Greg. Nyssenus in orat. de *paup.* amandis. *Duplex in tempore loci exercetur peccatum, alterum propter eborum societatem; alterum propter expulsum pauperum famem. O pauperum inimici! an nescitis horum causa commemorari in Evangelio exemplarib. & terribilibus? vid. in p. 4. prop. 12. ab Innoc. XI. dam.*

415 Elemosyna igitur est maxime consulenda, pro quo sufficiat illud Tobiae cap. 4. *Audi fili mi verba oris mei, & ex substantia tua fac elemosynam, & non avertere faciem tuam ab ullo paupere; ita enim fiet, ut nec a te avertatur facies Domini, & simul non tibi fuerit, abundanter tibi; si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum liberat impetiri stude; praemium enim bonum tibi praesentatur in die necessitatis, quoniam elemosyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patitur avaritiam ire in tenebras.*

416 Non tenentur homines privati inquirere pauperes; sed sufficit, quod tunc eis, qui occurrerint, aut quos severint. Teneretur vero ex officio Praetati, & Principes vallatorum, quia sunt Patres pauperum. Scot. in 4. d. 7. q. 1. *lit. E. in 4. d. 15. q. 2. art. 3. Matrin. in Theol. mor. disp. 10. q. 3. art. 2. n. 56. Tamb. tom. 1. lib. 5. c. 1. Jo. de la Cruz, Bonac. tom. 2. Busemb. lib. 2. v. 3. o. 3. Leander tom. 6. dec. 1. Bertaldus 1. Prae. Eccl. Galit. tom. 1. v. 6. disp. 2.*

CORRECTIO FRATERNA

417 *E*st admonitio fraterna, qua quis proximum conatus revocare a peccato.

418 Ut obliget sub mortali, quique conditiones requirit. 1. Peccatum mortale, quod certo consistit. 2. Quod proximus non sit emendatus, & adit probabile periculum remissionis. 3. Quod sit spes fructus. 4. Si non sit alius, qui correxerit, aut effective corrigat. 5. Quod adit occasio, locus, & tempus opportunitatis, quo correctionem sine tuo gravi incommodo facere valeas. Cravis repugnantia animi est iudicata ab aliquibus notabile incommodum.

419 Quia autem omnes relatae conditiones raro simul habentur, ideo raro ad eam peccatae privatae sub mortali obligantur. Frequenter obligantur Praetati, de quibus ad Hebr. 12. dicitur: *Ipsi enim peragitant, quasi strationem pro animabus vestris reddiderint.*

420 Busemb. addit: *Si quis ob timorem, pusillanimitatem, avaritiam, aut se non esse obligari, vel minus esse idoneum ad corrigendum videtur tantum peccare mortaliter.*

Vide tom. 2. a. n. 88. ordinem verum correctionis vide in tom. 2. num. 95. De correctione, Matris d. 10. q. 2. n. 66. Jo. de la Cruz, Busemb. lib. 2. v. 3. cap. 2. dub. 4. Leander tom. 6. dec. 1. v. 6. Bertald. 2. praec. decal. de Viri. Theolog. agunt Scotus in 3. d. 25. q. 1. *lit. B. d. 21. q. 1. D. d. 25. q. 1. F. in d. 6. q. 1. Matris d. 10. Busemb. lib. 2. v. 3. c. 3. Fenech. & Bertald. in direct. cir. Castropol. tom. 1. v. 6. disp. 3.*

421 Ad charitatem spectat omnis denuntiatio ad Monitoria Papae, & Episcoporum, ad edicta Inquisitionum, & pro Confessoribus sollicitantibus; de quo fute actum est in secundo tom. 1.

CAPUT III.

DE HORIS CANONICIS.

422 *H*oris Canonice, hoc est per Sacros Canones distribuitur, & status horis praestatur, & sunt septem: Laudes cum Matutino imputantur pro una hora: Cuius numerum una significatio declaratur per sequentes verus.

423 *H*ae sunt septem propter quae psalitur *boris. Matutina ligat Christum, qui crimina purgat. Prima reperit iustus. Causam dat Terra mortis. Sexta Crucis vestit. Latus ejus Nona bipertit. Vespera deponit. Tumulo completa reponit.*

A D HORAS

424 *S*ub mortali tenentur constituti in Sacris, & Religioi Choristae Ordinis Minorum, quos Regula obligat a die professionis, v. tom. 3. n. 120. & 121.

425 Omnis divini officii est peccatum contra Religionem. Omnis unus horae, aut partis notabilis, est mortalis. Omnis unus Praetati, aut Lectio, est parva materia. Licet non sit necesse, consultus est exprime nomen horarum eodem die consularum ob penitentiam imponendam.

RELIGIOSI CHORISTAE, ET MONIALES CHORO ADICTE

426 *N*on obligati ex vi Regulae, tenentur sub mortali ad horas praestari, si Choro debent; ex consuetudine obligant ad mortale. Com.

427 Ad illud non tenentur Religiosi ad tricesimas annuati, quia fatigatio, & status illos excusat, Mendon. 28.

428 Majus argumentum, quod ad oppositum potest adduci, est Const. Eugen. IV. non F. br. 1256. incipit *Ordinatus*, ubi habetur: *Insuper cum Diebus filius Frater Joas, de Capistrano, tuus in Vicariatu officio praedecessor, declaraverit, quod in Regula prima B. Clarae continetur quod centum, & tria praeccepta regularia, in quarum transgressione Moniales, sive Super professio peccatum mortale incurrit, idque nimis durum, & servulosum, iudicemus, auctoritate, & renovare praesentium declaramus, & volumus, quod in nullis praedictorum transgressione, praeviam eorum quatuor, quae concernunt principalia vota obedientiae, scilicet, paupertatis, castitatis, & claustrae, & super electione Abbatis, & depositione, peccatum mortale incurvat. Et cum unum ex clavis praecceptis sit divinum Officium, sicut non videtur ad illud obligare pri-*

vatim sub mortali. Cui valde favet dispositio Juli II. 10. Augusti 1504. apud Rodrig. tom. 1. 429 Reip. Eugenium, & Julianum solum dispense de praecceptis, obligationibus, & constitutibus Clarissis partiaribus, quibus ultra vires tant gravare; minime de consuetudine, cuius Religiosus, utriusque sexus communi, qualis est de recitandis horis, privatum. Qua ratione nemo audeat dicere, consuetudinem abstinendi a laetitia in jejuniis quae regimine non obligat sub mortali Clarissis. Nec quis audebit dicere, consuetudinem recitandi horas privatum obligare Religiosos viros. Moniales omnes, exceptis Clarissis richioris, & alic. Hinc Fr. D. Martinus Archiepiscopus Panormitanus in sua Pastoralia ad Moniales omnes Urbis, & Diocesis Panormitanae 30. Maji 1651. contrarium opinionem vocat inventam a patre mendacium.

430 Innoc. IV. per Bullam 10. apud Peliz. cap. 6. non. 16. concessit Monialibus sub cura Fratrum Minorum degentibus, & per commutationem aliis, ut ex rationabili causa possint Officium consularum recitare, & sic satisfacere, per hae verba: *Et quae occasione rationabili non possunt legendo dicere horas suas, liceat eis, sicut alii Sacerotes, dicere Patre nosse.*

Causa rationalis erit, si fit gravi, & justo negotio occupata, si sit nimis scrupulosa, si captis impositionem praestatur, si nesciat expedite legere: hae tamen curare debet, ut dicat; ut ita rationabili causa cessante, redeat ad horas.

431 Hac prudentia uti poterit Confessorius in his, aut similibus causis, maxime in cubio necessitatis.

Monialis autem cui ex justa causa fuit commutatum Officium Divinum ad Patre, seu ad Officium consularum, si hoc mortali, non peccat mortaliter, Peliz. cit. quia obligatio sub mortali est ad horas canonicas. Nec Officium consularum, conversas obligat sub mortali. Vide de commutatione voti.

432 Capellani primarii Monialium, qui quotidie, & ordinare in eorum Ecclesis celebrant, possunt de rarum Sanctis recitare, ut conformetur Missae, uti tamen debent Be. iario Romano, qui per se sunt obligati. Gobat tom. 1. v. 5. cap. 23. n. 625. v. tom. 3. pag. 647. num. 342.

DE MODO RECITANDI.

433 *R*ecitatio debet esse vocalis, ut verba voce exprimat, sicut ab alio non auditur; quia obligatio est de oratione vocali.

ita ut non peccet mortaliter, si mentaliter solum percurrat. Sufficit, si se ipsum percipiat; nec hoc requiritur, si sit iudicialiter.

434 Requiritur intentio orandi, sed sufficit, quod sit intentio Deum colendi, vel Deo vacandi, & quod sit habitus in principio recitationis. Ex oratione tres oriuntur fructus, *meritum, imperatio, & reflectio*: ad meritum, & imperationem sufficit illa prima intentio; unde distractiones involuntarie, quae inter orandum solent contingere, priores duos fructus minime impediunt; tunc enim sufficit intentio implicita, & virtualis, prima videlicet non retractata, sed perdurans in ipsa recitatione, quae in virtute illius primae intentionis habetur. Ad refectionem vero spiritualem non sufficit illa prima intentio, nec attentio, sed requiritur continua, licet sufficit directae; & non requiritur reflexa, quam scilicet quis revera habet, quamvis non advertat habere, ut in *rom. 3. pag. 626. num. 213.*

Reflectio autem non attenditur in oratione vocali, sed solum in mentali, de qua Apoll. 1. ad Cor. 14. *Si orem lingua, mens mea sine fructu est.*

435 Officium recitari debet *attente, clare, & devote.*

436 *Devote.* Devotio consistit in externa corporis compositione, ut non recitetur ridendo, ludendo, gellus, & actus immodestos habendo, sine necessitate cubando, &c. At non peccas mortaliter, nisi defectus sit voluntarius, & notabiliter attentionem internam impedit.

437 *Clare*, hoc est distinguendo verba, ut in *in. 433. Pelliz. de marital. c. 6. num. 17. monet recitantem horas divinas synopando non teneri reperere illas, nisi notabiliter sensum verborum contempnat, quod raro accideret, notat Diana par. 2. sr. 12. ref. 22. citans pro hoc doctrina Filiucii. Azor. ac Villal. cum quibus sentit Sanchez lib. 7. consil. cap. 2. disputa. 17. notans n. 3. non oportere Clericos nimis esse scrupulosos casu, quo putant se non integre pronunciasse, vel aliquantulum synopasse, vel verba aliqua solo gustare dixisse, nisi defectus sit valde notabilis.*

438 *Attente.* Attentio est duplex, interna scilicet, quae consistit in advertentia ad id, quod agitur, puta ad officium, quod recitatur; externa, quae consistit in exclusione actionis externae incompossibilis cum attentione interna, seu advertentia animi ad id, quod recitatur, ut est depingere, scribere, & omnia alia actio externa, quae specialem attentionem, & applicationem mentis expostit.

439 Pelliz. cit. numer. 17. putat cum pluribus, sufficere solum attentionem externam,

ita ut non peccet mortaliter, qui voluntarie distrahitur, sed solum qui notabiliter occupatur in actione externa cum interna incompossibili.

440 Omnino tamen dico non sufficere, sed requiri attentionem internam, juxta dicta in *trimer. 186.* ita ut peccet mortaliter, qui per notabile tempus per internas divagationes voluntarie distrahitur, Cajetan. cum Communiore, quia praecipuum est de Officio divino studioso, & devoto, seu fructuosum, ad quod requiritur attentio interna, & caput. *Dolentes, de celebrat. Missarum. Discreti precipientes in virtute obedientiae, ut divinum Officium voluntarium pariter, & divinum quantum eis Deus dederit, studiose celebrent pariter, & devote.*

441 Sufficit autem attentio illa prima in principio recitationis habita, ut in *num. 434.* nam continuata attentio est notitiae fragilitati impossibilis.

442 Attentio interna est triplex: *Ad verba, ad sensum, & ad Deum.* Dicitur *Ad verba*, hoc est ad verba materialiter: *Ad sensum*, hoc est ad significationem grammaticalem verborum, aut ad significationem spiritualem, & mysticam, seu ad spiritum verborum: *Ad Deum*, quatenus per recitationem officii intendimus Deum colere, eique vacare.

443 Non est necessaria attentio ad sensum grammaticalem; alias rudes, & moniales non satisfacerent. Nec ad sensum spiritualem, quia non est oratio mentalis, ut in *in. 434.* Est autem necessaria attentio *ad Deum*, ut in *cit. nu.* quia est oratio (ad differentiam auditionis sacri die festo, quia in ea non praecipitur oratio, sed assensu modo humano) & *ad verba materialia*, quia est oratio vocalis.

444 Satisfacis, si attendas, quantum moraliter potes, quamvis ob focu aut chori culpam nihil ex illis percipias, quia per locietatem, & tuam attentionem, moraliter facis orationem sibi tibi communem. Tamb.

Quod esse verum, etiam si sit furdus, & inde alterius chori partem audire non valet, docet Leander p. 6. sr. 8. *diff. 6. qu. 40.* cum Paschal. & aliis, quia ex una parte ad impossibile nemo tenetur, ex alia, quod recitatur in choro, est oratio totius chori, adeoque etiam ejus qui non audit, non valet, dummodo choro assistat, & attendat. Vnde vult quod furdus teneatur repetere: ut *Hona n. 33.*

445 Qui in Choro occupantur in libris hinc inde mutandis, aut in praeparando tunc satisfaciunt, licet aliquot versiculos omittant, dum ad illos attendant, *Com.*

446 In Ecclesia, ubi est Reliquia notabilia

San-

Sancti, puta caput, brachium, crus, aut ea corporis pars, in qua praecipue pallus fuit, potest de eo sub ritu dupli recitari.

447 Advenae, & itinerantes, possunt, sed non teneantur se conformare officio loci, Tamb. *rem. de Horis. 5. S. 2. num. 38.* Mendo, & alii, *juxta dicta n. 163.* quia substantia officii est de lege communi: quod autem recitari debeat detali, vel tali Sancto, solet esse de lege locali. Unde in loco, ubi es advena, potes recitare officium loci, aut tuae Ecclesiae. Confultius tamen puto, ut ita te geras, quod idem officium bis non recites. Hoc dico in recitatione privata: Missa enim, & horae in Choro sunt dicendae de Sancto loci, quia sunt publicae, & tunc confultius est, immo oportet, ut reliquis horas, quae privatae tibi recitandae manent, recites de Sancto loci, ut sic te conformem reddas toti officio diei.

448 Si recitasti de uno Sancto pro alio involuntarie, cum advertis, non teneris repetere. Quod si quaras, an teneris de eo recitare prima die non impedita, utraque pars est probabilis; affirmativa, quia Sanctus habet jus eo anno, ut de ipso recitetur, negativa, quia omnis officii est alligatum diei, & alias ordo Calendarii perturbatur.

449 Si recitasti ex errore Matutinum, & Laudes de uno Sancto, detecto errore, religiosius est, si repetas; at non obligas, quia quoad eam partem tributum solvisti Deo per aequivalentiam; nec potest praesumi, Ecclesiam velle duo officia ab eo, qui sine culpa recitavit. Debes tamen prolequi reliquum de Sancto diei, quia error est corrigendus, non continuandus.

450 Quia dubitat, ob evagationem mentis, an aliquem Psalmum, vel Antiphonam omittit, potest praesumere se dixisse, cum non solet tam facilliter praetermitti. Tum quia id est festus serupulorum fomentum. Hinc si incipili Notam, v. g. cum attentione, modo reperaris in ultimo Psalmo, & dubites, an recitaveris medium, sufficientem habes conjecturam, quod recitaveris, Gobae.

451 Inversio horarum, aut interruptio, sine rationabili causa, non potest excusari a venialit: aut in peccatis, si Matutinum & Laudes per octidividas.

452 Mutatio officii sine causa, ut si debens recitare de feria, recites de Sancto, si fiat raro, bis, aut ter, erit venialis; quia servatur praecipuum quoad substantiam officii, & defectus, qui habetur in modo, est levis. Gravis tamen est, si fiat saepe. Aut si debens recitare de feria, aut de Sancto novem lection-

num, recites de Resurrectione, etiam semel, quia est omisio, & mutatio notabilis, v. in *prop. 34. ab Alex. 8. in d. 10.*

453 Occupatus per duodecim horas diei non proinde est liber a recitatione officii, sed debet attendi qualitas occupationis; unde si fueris occupatus assistendo tuo Praelato, ad illum negotiatores deferendo, &c. quae sine notabili labore, aut attentione sunt, non excusaris. E contra, si fueris occupatus studio, computatione, scriptura, &c. quae caput dolere plenum, aut caliginosum relinquunt, excusaberis, etiam si per decem, aut octo horas occupationi vacaveris.

454 Si ex causa recitare non valet major partem officii, puta Matutinum, & Laudes, potes autem reliquam, teneris ad illam: sicut qui non potest restituere centum, potest tamen decem, teneatur ad decem. Et qui non potest jejunare totam quadragesimam, potest tamen duos dies, teneatur ad illos. Ratio est, quia praecipuum de recitando divino officio est de materia dividua. Et dictum illud, quod *notat pars 1. ad se. minorem*, quo nonnulli oppositum docebant, non est ad rem; quia est delumptum ex *1. 2. de rei. qua sunt à marit. 3.* Textus loquitur de Canonici dantis suffragium, & statuit standum esse pro majori parte suffragiorum.

455 Materia praecipua alia est dividua, alia individua. dividua est illa, quae habet plures partes, ad quarum singulas praecipuum obligat; ut praecipuum jejunandi in Quadragesima, quae continet plures dies, in quorum singulis seorsum praecipuum obligat; similiter & praecipuum recitandi officium quolibet die. Individua est illa, quae vel non habet plures partes, vel si habet, praecipuum non obligat ad singulas seorsum, sed ad omnes conjunctum, ut praecipuum confessionis, quae continet tres partes, nempe cordis contritionem, oris confessionem, & operis satisfactionem, quas praecipit non seorsum, sed conjunctim ad unum Sacramentum conficiendum. Praecipuum recitandi divinum officium est de materia dividua ut declarat Innoc. XI. *dominano prop. 54. pag. 6.* Vide etiam *prop. 35. ab Alex. Villano. pag. 3. v. n. 461.*

456 Egrotus non valet, recitare Matutinum, & Laudes, dubitans, an possit reliquis horas, non teneatur ad illas; quia praecipuum de recitando officium non obligat cum periculo gravis detrimenti, aut salutis.

457 Infirmus excusans non sufficit, si sit levis; nec requiritur, quod sit gravissima; sed sufficit, si sit gravis; & quidem in dubio dictum medici, aut experti infirmum

legitimare, sicut & superiorem dispensare posse, non est dubium.

458 Lucius, & qui oculis laborat, si timent legendo vitium paulatim deperdere, non obligatur ad Officium legendum. Ipse tamen sicut & cacus, tenetur recitare Partem illam, quam memoriter scit, sequitur ex n. 452.

459 In privata recitatione Matutinum & Laudes ex jam præscripta consuetudine licite recitari possunt duabus horis post meridiem diei præcedentis, usque ad unam circiter horam post ortum Solis diei sequentis. Prima, Tertia, Sexta, & Nona ab aurora usque ad meridiem. Vesperæ & Completorium à meridie usque ad semihoram circiter post Solis occalum, Com.

460 Si autem intra eundem diem recitentur eo intervallo, quod intercedit inter medium noctis præcedentis, & medium noctis sequentis, quo præceptum durat, non in suis horis, ut supra, est peccatum veniale, & nullam aliquam existentem causam; causa ex Diana in Summa, esse potest major devotio, aut periculum superveniens occupationis, vel in studio, quia tempus illud perpetuum est ineptum fuisse.

461 Qui incipit recitare Officium diei præsentis media hora ante mediam noctem diei sequentis, tenetur recitare quantum potest per eam mediam horam, juxta dicit. n. 454. (nisi somno, aut vaporibus mens fit ita occupata, ut sic redditis impotens) quia adhuc præceptum durat. Data autem media nocte, consultus est, & melius, si prosequatur; sed ad id non tenetur, nec satisfacit, quia tunc cessat præceptum, quod quidem est ita affixum diei, ut eo elapso adimpleri non possit. Unde solus peccavit in causa, si voluntarie, & sine legitima causa se reduxit ad eam horam, juxta dicenda de auditione Missæ, & jejuniis.

OFFICIUM DEFUNCTORUM, ET VIRGINIS.

462 **P**salini Pœnitentiales, & Graduales non obligant etiam in Choro; quia S. Pius V. per Bullam *Quòd à nobis* 1568. pro utentibus Breviario Romano ab ipso tradito abstulit obligationem; concessit Indulgentiam centum dierum recitantibus Officium Defunctorum, & Virginis; quinquaginta autem recitantibus Psalmos Pœnitentiales, & Graduales, diebus à Rubricis præscriptis. Reliquos verò, qui non utuntur Breviario Romano, uti sunt Patres Ordinis Prædicatorum, Carmelitarum, &c. Pius V. reliquit propriis consuetudinibus.

463 In Ordine Prædicatorum consuetudo non obligat sub culpa, ut rectè docet, & probat Donatus tom. 3. tr. 18. §. 48.

464 Moniales S. Claræ tenentur quoad divinum Officium ritui Fratrum Minorum se conformare, ac prout non tenentur ad Officium Defunctorum, &c. nisi temporibus ex Ordinario Romano statutis, quia tunc solum Fratres Minores tenentur: idque neque sub culpa, ut dictum est, excepto die Defunctorum, Urb. IV. in 2. Regula, & clarius Leo X. 29. Martii 1515. apud Bullar. Rodr. Bulla 46. *Cùm sicut nobis*.

465 Officium autem Defunctorum die animarum, Litanis Rogationum, & D. Marci obligant sub mortali eos, qui utuntur Breviario Romano, itaut teneantur recitare privatim, qui in Choro desunt, & processioni; & si Beneficiati, teneantur ad restitutionem fructuum pro rata: quia sunt pars Officii diei. Donatus cit. qu. 49. & 47. cum communior. Quamvis plures cum Peliz. de Monial. c. 6. n. 19. teneant, Litanias non obligare.

466 Qui verò non utuntur Breviario Romano, stare debent consuetudini suarum Ecclesiarum.

467 In Ordine Prædicatorum à viris doctis ejusdem audio consuetudinem pariter ad Litanias non obligare.

QUÆRES I.

468 *An Moniales S. P. Dominici teneantur sub mortali ad Officium Defunctorum semel in hebdomada recitandum?*

Videtur, quòd teneantur; quia Fratres Prædicatorum tenentur, & ipsæ ad eorum ritum se obligaverunt.

469 Respondeo non teneri ad illud sub culpa. Ratio est: quia præceptum non est præsumendum, sed debet certò constare, ut in n. 43. & 176. In casu nemum non constat, sed evidenter constat non adesse pro Monialibus.

Quia Moniales se obligaverunt ad Officium divinum, & Suffragia, quæ exprimuntur in Regula: in Regula autem nulla fit mentio de recitatio Officio defunctorum semel in hebdomada recitando, ut constat ex primo, & tertio Capitulo, in quibus agitur de Officio Divino, & Suffragiis. Unde ad ritum tenentur, qui est acceterius Officio ordinario in Regula præscripto.

470 Corroboratur: quia Moniales se obligaverunt, & obligant ad Regulam, seu constitutiones Regulæ, minime ad statuta Capitulationum generalium; Regulam namque profitentur, non statuta: Officium autem Defunctorum non est de Regula, sed de statuto Capituli Generalis de anno 1515.

Quod

471 Quod statutum nullo pacto potest Moniales ligare, 1. ob rationem allatam, 2. Quia etiam loquendo de privilegiis, Moniales communicant cum Religiosis viris ejusdem Ordinis solum in favorabilibus, minime in odiosis. Donatus tom. 1. p. 2. tr. 6. §. 3. Et in re nostra agitur non de privilegiis, sed de odiosis: nempe de onere peccati mortalis: Quia statutum est præcisè editum pro fratribus. Constat tam ex verbis, quam ex fine, & causa motiva.

472 *Ex verbis quæ in d. 1. de Officio Ecclesiar. c. 1. fol. 14. col. 3. in fine apud Donatum tom. 3. tr. 18. §. 47. non. 2. sunt: Item declaramus, quod Fratres tenentur ex præcepto, semel in hebdomada totum Officium defunctorum dicere, cùm dicitur in Ecclesia, omni antiqua consuetudine rationabiliter prætermittis.* Ubi per ly *Fratres* statutum est restrictum ad Fratres: quod si odia sunt restringenda, quomodo poterit dilari ad Sorores?

473 *Ex fine, & causa motiva.* Finis enim fuit, ut sic Fratres satisfacerent justitiæ, & charitati pro animabus benefactorum ob elemosinas, & bona Fratrum relicta, de quibus vivunt: quod fuit causa motiva; qui finis, & causa non habet locum in Monialibus, quæ vivunt minime ex elemosinis à benefactoribus relictis, sed ex propriis dotibus.

Statutum igitur præcisè Fratres ligat, ut tenentur sub mortali Officium defunctorum semel in hebdomada recitare privatim, si Choro desint; minime Moniales.

474 Firmatur discursus doctrina, & historia.

Doctrinam præbet doctissimus Donatus, super controversiis Regularium peritissimus loco cit. Officium mortuorum videtur institutum indeterminate pro omnibus benefactoribus, qui non determinans sibi anniversarium; unde videtur teneri ad illud omnes, quibus nullius Ecclesia paricipavit. Hoc idem docet S. Thomas in quod. 6. ar. 10. Et. Semel in hebdomada, aut singulis mensibus; diciturque ex eo, quòd hujusmodi clericus accipit bona, quæ fuerunt defunctorum, ergo ritulo justitiæ tenetur in partibus compensare, Et. ac prout teneatur pro eis Officium defunctorum dicere. Scilicet autem dicitur, Et. si clericus absens est à sua Ecclesia, & non sit participes distributionum quovidiannarum, Et. Ergo de mente D. Thome non obligatio recitandi Officium Defunctorum emanat ex acceptatione fructuum beneficij, qui quidem proveniunt ex bonis prædicatorum, Et.

475 *Hinc in Ordine Prædicatorum disp. 1. Et. dicit præceptum recitandi Officium Defunctorum, Et. quo fit, ut omnes Religiosi Clerici teneantur illud sub mortali semel in septimana publicè in Choro recitare, vel privatim, si fuerint in quibusdam locis, Et. litem ibi. Item declaramus, Et. ubi prosequitur verba statuti, ut in num. 472.*

476 *Et igitur finem, & causam motivam unde in Ordine Prædicatorum emanavit præmissum onus Officii Defunctorum.* Et quia ingeniosus Donatus percipit, ea non habere locum in Monialibus, præcisè Fratres, & in specie Religiosis Clericis studiosè expresse, non Moniales, quas alias Author tanta peritici haud sulsisset.

477 Historiam tradunt Constitutiones ipsæ Regulæ Ordinis Prædicatorum ex Editione Barcinonensi anni 1620. dist. 1. c. 1. de Officio Ecclesiar. fol. mibi 14. Et clarior lingua in traductione carundem de latina lingua in vulgarem, edita Panormi anno 1595. utique.

478 Ob motivum, & finem n. 474. relatum, ex peritissimo tempore in Ordine Prædicatorum recitari solebat in Choro nocturnum usque Officium defunctorum; quem solum ministris Altaris dicebant, & Sacerdos ille, qui erat designatus ad Missam pro defunctis eandem, minime alii Fratres. Quapropter Capitulum generale Salmaticense de anno 1551. providere volens timoratum scrupulis, eam confirmatione, & Autoritate Apostolica statuit, ut sequitur.

479 *Absolvimus tam Chorum, quam Ministros Altaris ab obligatione recitandi vigiliis trium sessionum pro mortuis, prout hactenus observatum est. Et in recompensationem, pro debito justitiæ, & charitatis, ordinamus, & ita servari volumus, ut nulli, seorsim, aut illius etiam solemnibus obstantibus (præter illas vacas Pasche, & Pentecostes) totum Officium pro istis defunctis cum novem sessionibus qualibet hebdomada semel ab omnibus, & singulis fratribus tam in Choro, quam extra existentibus persolvatur. Et in mani sequenti pro istis una Missa de Requiem canteretur, si non sit dies multum solemnus, Et. Et hoc inobligabiliter in omnibus Conventibus, nisi Ordinariis observetur, super quo tam Prælatorum, quam Canonorum constitutionibus, oneramus, Et. Ad quæ omnes, & singulis tenentur, etiam Magistri, & aliales lectores, suis dispensationibus non obstantibus.*

480 Hac est historia, & forma statuti, ac præcepti, ubi constat præcisè, & semper exprimi fratres, nunquam sorores.

Insuper Officium defunctorum semel in hebdomada recitandum, fuit subrogatum loco nocturni, & Missæ, unde sicuti certum est, quòd nocturnum, & Missa non obligabat Sorores,

tes, cum non sint Ministræ Altaris, sed solos fratres Ministræ Altaris, Donatus *cit. n. 3.* ita nec Officium semel in hebdomada recitandum obligare eas potest, nam in favorabilibus *Subrogatum* *scilicet naturæ eius, eius subrogatur.* Excludit ab onere est favorabilis, adeoque si forores erant ex lege a priori onere, sunt etiam exclusæ a posteriori subrogato loco prioris.

481 Item in præcepto Officii includitur onus celebrandi, & cantandi Missam die sequenti, quod non afficit Sorores, ita nec onus Officii.

482 Denique commutatio Nocturni in totum Officium fuit facta in *recompensationem*, pro debito iustitiæ, ut *n. 479.* quod debitum iustitiæ in fratribus locum habet, qui ex elemosynis, & donis à benefactoribus legatis vivunt, iuxta dicta *n. 474.* minime in fororibus, quæ vivunt ex propriis dotibus.

483 Non adducas pro obligatione consuetudinem. Quia non est constans; nam si mea experientia fidem adhibere velis, pro certo habeo plurimum annorum experimento, nullam recentiori Ordinis Monialium obligationem tamquam certam tenere, sed alias eam non adesse certo putantes, alias verò scrupulantes, dubitantes, & inde consulentes, an pro ipsæ extet præceptum sub mortali ad obligans, vel non?

484 Ceterum consuetudine (si que sit) gratis data, nulla obligatio sequitur. Consuetudo enim ex *n. 239.* potest esse duplex, una præter legem, quæ ipsa obligationem inducit, & ad hanc requiritur, quod sit introducta animo se obligandi, ut in *n. 240.* Alia secundum legem, quæ non ipsa obligationem inducit, sed supponit præceptum, quod obligatiōnem inducit, & ipsa est solum observatiō præcepti, adeoque si præceptum cadat, cadit etiam obligatio, consuetudine non obstante.

485 Consuetudo in re nostra (si que extat) non est, quod Moniales credant se esse obligatas ex consuetudine, sed ex præcepto obligante fratres ad mortale, unde est consuetudo secundi, non primi generis; cum igitur se luce christi probatum, præmissum præceptum non habere locum, sed cadere pro Monialibus, dicendum est, obligationem recitandi femel in hebdomada Officium defunctorum (consuetudine non obstante) non habere locum, sed cadere pro Monialibus.

486 Confirmatur, quia consuetudo (si que adest) non fuit à Monialibus introducta animo se obligandi, sed supposito ex simplicitate, & errore præcepto; unde non erit consuetudo imponens, sed supponens obligationem ex

præcepto, quod cum revera non extet, obligatio non extat. Et hæc est una ex rationibus, quæ non obstante consuetudine, excusantur, ab obligatione abstinenti à sacrificiis diebus Sabbati, mulieres, & simplices falso putantes ad id habere præceptum. Imò Doctores communiter docent eas esse monendas, ne peccent ex conscientia erronea.

487 Demum meam resolutionem claram reddit Ordo ipse, qui iussu Reverendissimo PP. Seraphini Sicci, & Vincentii Bandelli, Generalium Magistrorum, Constitutionum Regule, quæ observari debent, emendatas, & in unum collectas, Barcinone anno 1620. impressas publicavit. Ubi primo loco apponuntur *Constitutiones Præcuratorum Prædicatorum cum declarationibus.* In quibus declarationibus *dist. 1. super c. 1. de Officio Ecclesiæ lit. E.* apponitur præceptum sub mortali obligans expressè Fratres ad recitandum Officium Defunctorum, uti supra, nullam mentionem faciendo de Sororibus. Postea secundo loco apponuntur *Constitutiones Sororum Ordinis Prædicatorum, in quibus nullam profus nisi verbum de relato defunctorum Officii, n. 110 n. 471.*

488 Quia autem mea mens est, Sacras Moniales solum à peccato, & scrupulis liberare, eas cuius horor, ut nedum femel, sed pluries in hebdomada pro sanctis animabus purgatorii Officium recitent Defunctorum.

QUERES II.

489 An Moniales tenentur extra Chorum recitare Officium Defunctorum, quod titulo iustitiæ, puta legatis, tenentur pro benefactoribus recitari in Choro.

Resp. non teneri, nisi pro ipsæ expectabile præceptum id exprimens, uti in Ordine Prædicatorum adest pro fratribus, de quo supra *n. 479.* Pellæ. *de Monial. c. 6. n. 19.* Quia obligatio illa non afficit singulas Moniales ut singulas: afficit enim Monasterium, adeoque afficit illas, ut faciunt unum corpus morale, quod est Monasterium, quapropter, quia cum recitatur Officium in Choro, quamvis plures desint, verè dicitur Officium à Monasterio recitatum; jam est onerificum factum. Accedit praxis communis; ita namque sine scrupulo observatum videmus.

BENEFICIATI

490 **E**tiam in minoribus tenentur sub mortali ad horas, nec satisfaciunt sine obligationi, si studio literarum vacantes per alium recitent, quia est obligatio personalis; nam S. Pius V. ait, eum, qui non recitat suo tempore, non facere fructus suos: *v. in pag. 2. prop. 21. ab Alex. VII. damn.*

Non tenentur ante diem possessionis, etiam si sit solus, nec si possessio sit litigiosa, sed donec sit pacifica, nisi sit constitutus in sacris.

491 Si sint in sacris, peccant omittendo horas duplici peccato, contra iustitiam, & Religionem, in confessione exprimendo, quia ex vi beneficii tenentur ratione contractus cum Ecclesia, à qua beneficium datur ob officium, *cap. fin. dist. 92. cap. fin. de rescript. in 6. & Pius V. motu proprio: Const. incip. Ex proximo Lateran. 1571.*

492 Hinc Beneficiati omittendo tenentur ad restitutionem in conscientia, etiam ante sententiam Iudicis: *v. in pag. 2. prop. 20. ab Alex. VII. damn.* onus autem restitutionis non oritur, nisi ex iustitia commutativa læsa: *v. n. 124. 512.*

493 Qui plura Beneficia pingua possidet, non tenentur ad plura Officia, sed satisfaciunt uno: sicut concurrentibus eodem die pluribus fessis, satisfaciunt fideles uni Missæ assistendo; quia pia Mater Ecclesia vult multiplicare titulos, non satisfactionses.

494 Obligatus ad horas ex Beneficio, si eas culpabiliter omittat primis sex mensibus post acquisitionem possessionem, peccat solum mortaliter; nisi elapsis, ultra mortale tenetur ad restitutionem fructuum pro rata omissionis; ita ut pro toto Officio teneatur restituere fructus omnes illius diei, pro Matutino, aut reliquis horis mediam partem; pro una ex horis sextam partem. Ex Concil. Lateran. ex Pio V. *cit. n. 262.*

495 Ceterum, qui ex Beneficio habet alia onera præter recitationem Officii, vel est Episcopus, &c. omittendo, solum tenetur restituere partem fructuum correspondentem oneri horarum, nempe tertiam, vel quartam partem. In Hispania praxis est de quinta parte. Gobat. *tom. 1. tr. 5. n. 537.*

496 Restitutio faciendi est fabricæ Beneficii, vel pauperibus, etiam ipsi Beneficiario, si est pauper, per Busemb. Item applicari potest ad meliorandam domum, & prædia Beneficii, quæ etiam veniunt nomine fabricæ Beneficii.

497 Restitutio non potest suppleri per elemosynas à Beneficiario de fructibus Beneficii

ante factas ratione cuiusdam anticipatæ solutionis; quia nec solutio antecedit debitum ex culpa, nec poena delictum; potest autem suppleri per elemosynas factas post omissionem horarum, quantumvis non isto intuitu, ob virtuale intentionem; quæ dant elemosynam, satisfacere intendit obligationibus, quas suis peccatis contraxit: *v. in pag. 3. prop. 33. ab Alex. VII. damn.* Item potest obtineri condonatio restitutionis per recursum ad Sacram Pœnitentiarium.

498 Si Beneficium sit tanne, puta, si ex eo non percipias tertiam partem ad medietatem & honestam tui sustentationem requisitam, quæ alii Clerici tui conditionis, & loci, communiter uti solent, teneri te sub mortali ad horas, docet communior opinio: Non teneri; sed sufficere, si ex gratitudine ores pro benefactore, probabile patet Tamb. cum Diana.

499 Si verò plura Beneficia tenuia habeas ad tertiam partem tui sustentationis sufficientia, teneris ad horas: quia notabilem sustentationem ab Ecclesia recipis.

500 Illud est Beneficium, vel patrimonium ad honestam sustentationem sufficiens, ex *Trid. sess. 21. cap. 2.* quod ab Episcopis in suis respective locis præceditur. In Synodo Patromit. de anno 1628. & 1679. n. 97. declaratur, debere esse Patromi futurorum 60. in Diocesi verò ad minus futurorum 40. *v. rom. 3. n. 50. & 68.*

501 Præfratrimonia, videlicet portiones deductæ ex Beneficiorum redditibus, quæ adolescentibus assignari solent, ut sustententur in studiis, & inde possint Ecclesiæ deservire, inter Beneficia, saltem quoad effectum recitandi horas; à S. Pio V. comprehenduntur; si dentur in titulum perpetuum, & amœxum habeant aliquod spirituale obsequium, quod per laicum exerceri non possit: Sunt autem Beneficia simplicia, alia Beneficia non impedienda; à non sunt Beneficia, nec ad horas obligant, si in temporalibus obsequio consistant.

502 Beneficium namque est illud, quod conferitur à Prælate persona Ecclesiasticæ ad Officium Ecclesiasticum exercendum: Et proprie dicitur: *ius perpetuum percipiendi redditus ex bonis Ecclesiasticis, propter aliquod Officium spirituale, auctoritate Ecclesiæ institutum.* Unde dicitur à patrimonio, quod est *ius percipiendi redditus ex bonis laicalibus;* puta paternis, & maternis, &c. Hinc non tenentur ad horas illi, qui habent Capellaniam non factam, quæ videlicet sine auctoritate Episcopi à laicis solet conferri, quia licet hæc fru-

Aut affert, non est verè Beneficium. 503 Non tenetur Vicarius Beneficij, aut Conductor cum futura successione, etiam si gaudeat stipendio sui laboris, vel aliqua beneficij portione: quia ille non est beneficarius, sed ejus substitutus; & ille non est beneficarius, sed erit.

504 Qui verò habet Capellaniam sacram, quæ collocativa vocatur, quatenus Episcopi auctoritate confertur, tenetur ad Officium; quia hæc est verè Beneficium. Idem die de habentibus Beneficia manualia, ad nutum videlicet superioris, & amovibilia. Ita & de habentibus Beneficium in commendam, videlicet in administrationem, sive in perpetuum, sive ad tempus; quia est verè Beneficium.

505 Intrusus, qui nulliter beneficium obtinuit, quia simoniace, cum excommunicatione, &c. exiunt Sanchez, & Castrop. Comprehendunt in obligatione Officij Bonac, & alii. Ratio 1. opinionis, quia hic nec habet titulum beneficij, nec fructus facit suos; sed tenetur illud relinquere, hos restituere.

506 Qui solo titulo Ordinis, aut alio, qui non fit beneficij, seu capellanæ collatiæ, tenetur ad horas, non tenetur restituere; quia non percipit fructus ob onus Officij. Nec qui est obligatus ad horas titulo beneficij, tenetur restituere, si horas omisit ex invincibili ignorantia, bona fide, oblivione, iusto impedimento, aut ex alia causa sine culpa; quia non debetur in conscientia poena, ubi non est culpa.

507 Qui casu aliquo accidentali fructus non percipit, puta ob anni sterilitatem, vel quia sines depopulati sunt; item qui fructus pro pensione solvit, tenetur ad horas, quia voluntarie onus suscepit, Mendo n. 39.

508 Pensionarius non tenetur ad horas; quia pensio non est beneficium, sed jus percipiendi fructus ab eo, qui habet beneficium. Si verò pensionem percipiat ut Clericus, videlicet, non ob seculari obsequium, sed titulo clericali, & spirituali, tenetur non ad Officium magnum, sed ad parvum B. Mariz, sub onere restitutionis fructuum illius diei, ex cons. S. Pii V. Si autem ex titulo, v. g. Ordinis, fit obligatus ad Officium magnum, non tenetur ad parvum B. Virginis, sed satisfacit per solum magnum, quia non præsumitur, quod Pontifex voluerit illum alio gravare onere, sed solum quod Clericus pensionarius non fit liber ab orando.

509 Tunc dicitur habere pensionem ut Clericus, quando, ut illum habeat, necessario requiritur, ut sit initiatus prima tonsu-

ra. Potest autem pensio dari Clerico, aut Religioso, non titulo Clericali, aut alio titulo, sicut & laico, v. g. ob merita, senectutem, inopiam, &c. & tunc non obligat ad Officium Virginis; quia non datur illi, ut Clerico.

510 Cardinalis tenetur ad horas statim, ac scit se esse nominatum à Papa, Mendo cit. n. 43, quia est Caput illius Ecclesie, cujus habet titulum; unde sicut Abbates, Priores, Decani, & similes, qui sunt Capita Ecclesiarum, eo solo titulo tenentur ad horas; ita ille. Tum quia Cardinalatus est beneficium majus, habens titulum Ecclesie, insuper fructus, & redditus.

DE DISTRIBUTIONIBUS

Usè agit Leander par. 6. tract. 8. disp. 6. ex quo.

511 Non potest quis ad Canonatum promoveri, nisi intra annum valeat Ordine sacrosancti: v. n. 3. pag. 618. n. 106.

512 Canonici, & Præbendati distributiones lucratur correspondentes horis, quibus assunt. Quando sine legitima causa Choro desunt, illas amittunt; & si accipiunt, restituere tenentur. Quæ sunt aliis, qui inter fuerunt, dividenda, v. n. 465.

513 Conceditur à Trid. sess. 24. de refo. c. 12. ut absque alia causa, quam levaminis possint à Choro per tres menses abesse, qui tres menses possunt esse continui, vel interrupti ad libitum, dummodo computentur cum respectu ad totum annum. Quo tempore possunt lucrari fructus Canonici annexos, minime distributiones, quia ista Chori assentiam exponunt. Sac. Congr. Concil. apud Leand. par. 6. tract. 8. disp. 6. quæst. 156. Qui absentes sunt recreationis causa, non lucrantur, nisi fructus Præbendarum, non autem distributiones quotidianas, sive sint antiquas, sive novæ, ex cap. 3. sess. 21. & 22. quæ sunt distincta à præbendis.

514 Si ultra dictum tempus sine legitima causa à Choro desint, eos peccare mortaliter, nisi parvitas materię excuset, puta per integram horam, aut, nisi raro, puta per, aut quater in anno contingat, docet Leand. cit. g. 33. & segg. quia ex Jure Canonico, d. num. 440. adstringuntur ad assentiam Chori sub poena excommunicationis ferenda, & depositionis.

A mortali autem eos excusant Tambur. lib. 2. in dec. c. 5. §. 4. nm. 7. & alii apud Leand. cit. g. 33. dummodo animum habeant cedendi distributionibus tempore absentia; & nisi deficerent in contemptum, aut contra præceptum Superioris, vel si ex eorum dete-

tin omitteretur Officium in Ecclesia, aut non diceretur cum solemnitate debita. Quia nullus adest textus, ex quo mortalis obligatio colligatur, v. n. 176. Cui accidit praxis multorum prudentium, qui nullam sibi scrupulum faciunt: ita illi.

515 Si in Choro reperiantur duo, aut tres Canonici, excusantur à canendo, minime à recitando alta voce horas.

516 Si suam partem recitent, aut cantent submissa voce, ut ab altero Choro non possint audiri, satisfaciunt præcepto Officij, minime servitio Chori, & consequenter non possunt distributiones lucrari. Quia S. Pius V. Constit. 235. prohibet, dari distributiones interrentis, sed non recitanti Officium publicè, ut fideles ad devotionem excitare possit; talis est, qui submissè recitat.

517 Excipiuntur Ecclesie, ubi viget consuetudo, quod Canonici solum sint presentes, & non cantent, nisi per Capellanos, & substitutos, ut sunt omnes fere Cathedralis Hispaniæ, quia consuetudo potest derogare sui positivum; ut in n. 242.

518 Si cantent Musici, sufficit servitio Chori, & pro distributionibus assentiam personalem, etiam sine attentione; at non ad satisfaciendum Officij.

519 Non possunt Canonici distributiones lucrari; si per alium Choro assint, nisi ubi legitime consensu adst: Si notabiliter consulerent, aut alias actiones attentioni externæ repugnantes exerceant.

520 Lucrari possunt, qui sunt impediti legitima causa, quæ est triplex: Morbus, corporalis necessitas, aut evidens Ecclesie propublica utilitas: ex cap. unico de Clericis non resident. in 6.

OB INFIRMITATEM

521 **L**ucratur infirmus, si infirmitas sit gravis, iudicio prudentis. Quando est levis, sed prudenter timetur, quod ex accessu augetur. Etiam si infirmitas sit contracta ex propria culpa. Qui podagra laborat. Et Senex septuagenarius.

Canonici, si post beneficium obtentum fiat cecus, potest abesse à Choro, & distributiones lucrari. Sac. Congr. Conc. die 11. Augusti 1618. & 20. Julii 1625. Idem docet de Jurdo, Diana p. 5. tr. 6. ref. 14. contra Leandrum p. 6. tr. 8. disp. 6. q. 109. qui negat de Jurdo, quia potest adesse Choro, & Declarationes Congr. loquuntur de cæco.

522 Infirmus non lucratur, si ante infirmitatem non erat solitus assistere Choro: quia tunc infirmitas non est causa non interren-

di Choro; nam si illa non esset, adhuc non interrenset. Hic autem, si in ipsa infirmitate, voluntate mutata, efficaciter proponeret assistere Choro infirmitate cessante, tunc posset distributiones lucrari, qui jam infirmitas esset verè causa non interrensendi.

OB CORPORALEM NECESSTATEM

523 **L**ucratur Canonici, si iusta & gravem necessitatem timet in vita, à iura, à honore, aut fortuna. Si debeat medicinam sumere, aut emittere sanguinem. Si valetudinarium iudicio medici domi se continet, aut causa mutationis aeris ad salutem recuperandam alio se transferat. Si morno oppressus, attendere, ad recitare non valet, quia non est in culpa, & æquivalat infirmo. Secus, si morno nullo pacto resistat, sed acquiescat. Qui tempore pestis grassantis alio se confert. Qui nimis detragitur a cantu, aliquantulum se eximit, ut spiritus assumat. Qui iniquitate detinetur in carcere. Secus, si iuste, & delictum sit probatum.

524 Injute excommunicatus, & inde non assistens: secus, si iuste, etiam si absolutio- nem petat, & iuste denegetur, quia ex c. Pa- storalis, §. Verum de appell. iuste excommunicatus est ex vi juris ipso facto, & ante iudicis sententiam, privatus tam fructibus beneficij, quam distributionibus quotidianis. Nisi alioibi adst. consuetudo lucrandi, ut dicitur esse in Hispania: v. n. 492. Lucratur autem, si ei absolutio- nem petenti injuste denegetur: quia tunc non est in culpa quoad absentiam à Choro.

525 Eadem pariter dicenda veniunt de Canonico, si Interdictio à divino Officio, si sit specialiter ipse interdictus. Lucratur verò, si interdictio sit speciale flos Ecclesie, & ipse causam non dederit interdictio, qui tunc ab officio non est ei culpabilis. Si autem interdictum sit generale, privatur distributionibus, si desit, tam si causam dederit interdictio, quam si non; quia si causam dedit, est in culpa; si causam non dedit, privatur, si desit: quia tunc potest, & tenetur assistere Choro; tunc namque celebrari possunt divina, servatis conditionibus infra de interdicto generaliter adductis.

526 Tempore autem cessationis à divinis non lucratur, etiam si ipse causam non dederit, quia in hac dicitur specialis prohibitio juris, quæ non datur in interdicto; nam Greg. X. in cap. si Canonici, §. scitur, de officio v. d. in 6. decretis, quod qui causam dedit cessationi à divinis, debent restituere Canonici omne

interesse, quod amittunt ex omni assistentia divinis Officiis.

527 Non lucratur Beneficiarius, si evadat irregularis, & desit; quia irregularitas non impedit celebrationem Officii divini, nec inde assistentiam: unde non privatur distributionibus. Quod est verum, etiam si fuerit irregularis ante Beneficium collationem, quia irregularitas illicitat; non invalidat Beneficium collationem. Digna, Castropal. & alii contra Bonac. & alios, qui volunt, quod invalidet, & consequenter privet.

528 Lucratur, si desit tempore, quo poluta manet Ecclesia: quia non fitat per ipsum.

OB EVIDENTEM ECCLESIE PROPRIE UTILITATEM.

529 **U**tilitas esse debet gravis, certa, & propria Ecclesie: non sufficit levis, dubia, aut alterius Ecclesie. Sufficit, si sit Ecclesie universalis, quia utilitas communis est propria cuiusque. Unde Bonac. in nova editione *disp. 2. de horis*, assert Declarationem Cardinalium: *Quod si quis Beneficiarius abset a propria Ecclesia ad impedendum, ne Beneficiarius illius diebus onere tributorum graventur, tunc possit distributiones Ecclesie sua recipere.* Huc applicanda sunt dicta n. 522.

530 Canonicus, qui suum comitatur Episcopum, aut ab eo mittitur ad visitanda loca nomine limina, lucratur, quia agit propria Ecclesia negotium, Pontificem instruendo de eius statu: ex *Concl. 17. Sixti V.* non hic Parochus; nisi visitatio intra bimestre perficiatur, quia ex *decl. S. Congr.* non potest Episcopus occupare Parochum ultra bimestre.

531 Lucratur, qui ad Concilium mittitur tanquam Theologus, Procurator, &c. qui a suo Capitulo ad Principem, &c. legatus mittitur. Qui tempore Officii de mandato Capituli in computis, & rationibus Ecclesie faciendis, & sumendis occupatur, Canonici, qui sede vacante est electus Vicarius Capituli, & inde desit, quia utilis est Ecclesie, quod occupetur unus Capituli, quam totum Capitulum. Secus, si sit electus Vicarius Episcopi: quia hic Episcopo, non Ecclesie servit, & ideo fructus percipere potest, non distributiones.

532 Lucratur Archidiaconus visitans Ecclesiam, jura, aut redditus suae prabendae; quia tunc servit in re utili Ecclesie.

533 Non lucratur, qui abest causa voti adimplendi, qui tempore divinum Officiorum detinetur sua peccata confitendo, ex sua devotione Missam celebrando, nisi ei faveat consuetudo, quia abest in sui utilitatem. Lucratur

vero, qui tunc celebret de mandato Superioris in Ecclesie servitium.

534 Poenitentarius ad Confessiones deputatus, lucratur tam distributiones Chori, quam alias, quae extra Chorum lucrati solent, puta ob Litamias, Processiones, &c. dummodo in Ecclesia assistat, audiens, aut passatus Confessiones audire, *Trid. sess. 24. de refor. cap. 8.* quia tunc censetur praesens in Choro.

535 Canonici Magistralis, aut Lectoralis, non lucratur distributiones correspondentes diebus, quibus concionem, aut lectionem componit, quia ex *decl. S. Congr.* tunc non dicitur abesse in servitium propriae Ecclesie, nisi remotè. Lucratur vero ex gratia distributiones correspondentes non solum horis, quibus legit, aut concionatur, sed omnibus horis illius diei, quia exercet actionem magis laboriosam, quam alii praebendati, & quae majorem preparationem exposcit. *Decl. S. Congr. Conc.* apud Garciam. Non extenditur tamen haec gratia ad horam Matutini diei sequentis, quae praecedenti die post Vespuras recitari solet: Ex *Decl. S. Congr.* apud Garciam, & *Leand. cit. q. 120.*

536 Canonici, qui simul curam animarum habet in alia Ecclesia intra, vel extra Civitatem, sed intra Diocesim, tunc pro tempore, quo in curata Ecclesia residerit, & ius Sacramenta ministrans, aut alia, quae ad ejus curam spectant, exercens, distributiones Ecclesie Cathedralis aut Collegiatae lucratur, quia habetur tanquam ibi praesens, & abens: Ex *Trid. sess. 22. de refor. cap. 3.* Idem dicendum venit de Parochia.

537 Canonici Examinatores, aut ab Episcopo instituti Administratores priorum locorum, Visitatores Ecclesiarum dioecesis, Vicarii foranei, Deputati Monasteriorum, &c. fructus lucrantur, non distributiones; quia non sunt occupati servitio propriae Ecclesie, sed Episcopi, aut dioecesis. Nisi illis faveat consuetudo. Imò de Examinatoribus extat *Decl. S. Congr. Concil.* apud *Leand. cit. q. 127.*

538 Canonici assistentes Episcopo solemniter in Cathedrali, aut in alia Ecclesia celebranti, lucrantur distributiones: secus, si private celebret; nisi adit consuetudo.

539 Praebendati intervenientes Episcopo in Officiis Capellani, Secretarii, &c. percipiunt fructus praebendae, quia habentur pro praesentibus: minime distributiones, quia non sunt occupati in utilitatem propriae Ecclesie, sed Episcopi; Et *cap. de castro, c. cap. ad audientiam, de Cler. non resid.* Interveniens pariter Pontifici acquirunt fructus: Ex *cap. cum dile-*

aus de Cler. non resid. sed non distributiones nisi privilegium habeant.

540 Interveniens vero legato Pontificis, Regis, Cardinali, &c. non solum non lucratur distributiones, sed neque fructus, si absentia à propria Ecclesia excedat tres menses: *v. n. 513.*

541 Auditores Rotae Romanae acquirunt fructus & distributiones suarum praebendarum in absentia, ex concessione *Clem. VII. per Bullam Conventi 2525.* Item Inquisitores ex priv. Pauli III. & Pii V. quod ad alios Ministros, puta Fiscales, Qualificatores, Consultores, & ad favorem fidei, extendunt Castropal. & Trullench. apud *Leandrum cit. q. 136.* nam causa fidei est communis: *v. n. 539.* Gaudent hoc privilegio Inquisitores, loquendo de beneficiis simplicibus, dignitatibus, & praebendis, minime de beneficiis curatis. Ex *Decl. S. Congr. apud Leand. cit. q. 137.*

542 Collectores generales Camerae Apostolicae, ejusque officiales, in absentia lucrantur fructus, & distributiones, ex priv. Sixti V. 8. Marti 1590.

543 Docentes publice in aliqua universitate, aut studio generali Theologiam, lucrantur fructus in absentia à propria Ecclesia, ex *exp. finalis de Magistris*, minime distributiones, ad differentiam Magistris, aut Doctoris docentis in propria Ecclesia: ut *in n. 535.* Idem si legat publice Jus Canonicum, quia licet textus loquatur de Theologia, extenditur ad Jus Canonicum, quoniam aequè prodest Ecclesie. Non sic jus civile; hinc Canones studium juris civilis Regularibus prohibent. Item lucrantur fructus, licet non distributiones, si publice Grammaticam doceant, colligitur ex *e. Quia nonnullis, de Magistris*, quia ad Theologiam, & Jus Canonicum est necessaria.

544 Non sufficit, si legant in quolibet studio particulari; sed esse debet Universitas, seu studium generale, ad hunc finem à Pontifice, aut supremo Principe erectum. Ex *Decl. Sacr. Cong. apud Leand. cit. q. 144.*

545 Parochi, si legant uti supra Theologiam, aut Jus Canonicum, lucrantur fructus priorum beneficiorum, minime si Grammaticam doceant. Ex *Decl. S. Congr. apud Leand. cit. q. 144.*

546 Praebendati studentes fructus praebendarum lucrantur, licet non distributiones, si student publice Theologiae, aut Juris Canonici in Universitate, aut studio generali, uti supra, & ibi studentes majori parte anni commorentur de licentia Ordinarii, ex *Decl. S. Congr. cum ad Ordinarium spectat examinare saepe aetate, sufficientiam, an divinus*

cultus ob eorum absentiam detrimentum patiatur, & alia à jure requisita.

547 Aliter est dicendum de Parochia; nam ex *Trid. sess. 23. de refor. cap. 2.* non permittitur Episcopus concedere licentiam Parochis, ut à propria Ecclesia abint ultra bimestre, nisi ex gravi causa, qualis non est studium in Parochia. Cui accedit *Decl. S. Congr. Conc. 22. Februarii 1590.* quae *Constitutio, Parochia causa studiorum non esse dandam licentiam, cum boise per Concilium non admittantur, nisi qui per consensum magis idonei fuerint iudicati.*

Praemulam licentiam concedere potest Episcopus Praebendatis, & beneficiariis non curatis, non nisi ad quinquennium, ex *cap. finalis, de Magistris*. At eam extendere posse ad septennium, tenet *Leander cit. q. 153.* ex alio posteriori *cap. cum ex eo, de elect. in 6.*

548 Si beneficium consistat ex folis distributionibus quotidianis, absentes ratione studii esse lucrantur omnes, dempta tertio parte. Quia tunc distributiones illae succedunt loco fructuum. Ex *Decl. Sac. Congr. apud Leand. cit. q. 154.*

549 Denique Episcopus dispensare non potest, ut Praebendatus, aut Beneficiarius, qui abest recreationis causa, distributiones percipiat; quia talis perceptio est prohibita à *Trid. sess. 24. de refor. c. 12.*

De Horis Canonici, Beneficiis, & distributionibus, agunt *Maistrus disp. 14. à nu. 47. Diana p. 2. rr. 22. Jo: de la Cruz pag. 52. Bonac. rom. 1. pag. 586. Castrop. tom. 2. rr. 7. disp. 2. c. 3. Bufem. l. q. c. 2. d. 2. Gobat. tom. 1. rr. 5. & maxime Leand. tom. 6. rr. 8. Donatus tom. 3. rr. 18.*

CAPUT IV.

DE SACRILEGIO.

550 **S**acrilegium, est laesio, seu violatio rei sacrae. Res sacrae sunt ea omnia, quae ad cultum divinum sunt destinata. Est triplex; personale, quo personae sacrae; locale, quo locus sacri; & reale, quo aliae res sacrae violantur.

PERSONA SACRA

551 **E**st, quo per votum, aut ordinem servatum est Divi specialiter dicentis. Tribus modis laedi potest: 1. per violentam manus injuriam. 2. per usurpationem jurisdictionem, personas Ecclesiasticas est iudicium saeculare trahendo, vel iustitiam vechigalia imponendo. 3. per alicujus veneram, live externam, live internam.

552 Probabile est, non esse opus in Confessio-